

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

JOSEPHI IV<sup>o</sup>  
DAEORVM DOCTIS-  
SIMI AC DISERTISSIMI, QVÆ  
AD NOSTRAM ÆTATEM PERVENE-  
runt, omnia, nimurum:

DE ANTIQUITATIBVS IUDAICIS LIBRI XX.  
quibus vita Iosephi per ipsum conscripta, est adiecta: De bello Iudaico  
VII. Contra Apionem I. De imperiorationis, sive de Maccabaeis I.  
Ante hanc in Latinum sermonem translata, & ad exemplum  
plum Graci Codicis accurate  
distincta.

WNC VERO CHRONOLOGIA AD CLEVI VPP  
usciusq; folij, cum ex veteram tum recentiorum Scriptorum Commen-  
tarijs, cumq; Scholijs necessarijs, recens concinnata.

CVM INDICE LOCUPLETISSIMO.

CHARTA OPUS A THOMAS RIBESIO LONDINIENSIS  
mendis, quibus scatebant plurimis, repurgata.

15.

90.

Francofurti, impensis Sigismundi Fege, editi.

franciscus fege

A. Lat. S. 23 M 0 t



1913-1934

# AMPLISSIMAE DIGNITATIS VI- RO, DOCTRINA SAPIEN- TIAQUE ET MVLTO RERVM VSV præstantissimo Dn. ERASMO Nèvstettero, cogno- mento STVRMERO, Præposito Combergensi, Ec- clesiarum Bamberg. & Herbipol. Cano- nico, &c. Equiti Franco, S. P. D.

VM FL. Iosephi illa a Sigismundo olim Ge-  
lenio, V. Cl. latine edita opera denuo typis li-  
elegantioribus minoribusq; adornanda cu-  
rasscm; non modo ad nouæ huius editionis  
laudem interesse putabam, situa, Antistes optime, inscri-  
berem ea reuerenda amplitudini, sed & fore persuasum  
mibicerat, ut in nomine tuo firmissimum esset filium ipfis  
aduersus iniquiores Criticorum calculos præsidium, tan-  
tq; venirent amabiliora, etiam quo prodeunt ornacioni.  
Evidem reuerendam Amplitudinem tuam, honoribus  
atateg; prouectam, non ignorabam negotijs assidue gru-  
uioribus distineri, & curis occuparimaioribus. Itaq; i:  
terpellare eam, atq; has illi opinione multoru inanes, quan-  
merces obtrudere primum verebar. Verum ubi reuerend.  
Amplitudinis tuae ingenium humanitatemq; animo in-  
tuerer, ad tuamq; multorum annorum in fonsendis litera-  
rum studijs consuetudinem mentem referrem, nihil me-  
tui, at tu ovnus ipse ut patrocinio excluderer, summaq; ut  
liceret obseruantia erga temeæ libri recentis inscriptione

A 2 satis.

E P I S T O L A

satisfacere, nimirum cum summissa id ergate affectionis sit argumentum, non animum meum hoc ex munusculo, sed munusculum ex animo meo estimabis, respecturus scilicet non quid rener. Amplitudinis tuae dignitas posulet, sed quid mea possit tenuitas.

Gentis id tuae proprium est, artium opt. curam susciperre, passimq; iacentibus disciplinis opem ferre, & hoc genus, munusculorum non aspernando οὐχ ἔτι οἰεῖαι οἰκάνθρωπον. Εἶναι secundum Artaxerxem Persarum regem, τῆ μεγάλα διδόναι τὸ μητέρα παρέλαβεν εὐπερᾶς. Exempla maiorum tuorum vetustiora non adducam, uno iam propinquo tuo Daniele Stibaro contentus, quo in Germania olim tum amico homines deditum patrono usi nomen eius & egregia in Rempubl. merita per orbem terrarum scriptis celebrarunt immortibus. Ille Herbipolensis Ecclesiæ columen, Reuerendi collegij splendor, totius orientalis Franciæ decus Musis errantibus, cœn illustrem de editiore specula facem prætendens iter ostendebat & hospitiū earumq; consuetudine in omni vita sua delectatus, subueniebat egentibus, afflictas excitatbat. Tuam ille indolem, & maiores atate ad virtutem impetus cum animaduerteret, a prime pueritia singulari amore complexus est, tuamq; te olim familiam illustratum auguratus, in aula sua moribus & literis expolitum, ad sui imitationem, & quasi imaginem totum effinxit. Adolescens igitur cum aliquam latine iam lingue facultatem consecutus, cogitationes tuas omnes ad maiores in studijs progressus conuertisses, autoritate illius Londonium, atque in eminentiores cum Galliæ etum Italiæ deinceps Academias profectuses, ubi tuum te ingenium, tui te mores ita liberalium disciplinarum, & Iuris utriusque Projectoribus, ceterisq; viris quibuscum vixisti præstantissimis,

## DEDICATORIA.

eissimis, commendarunt, ut incredibili eos studio tui incenderes.

Praeclaram vero eruditionem tuam, tot partam vigilij & peregrinationibus, ubi bene viuendi consuetudine confirmasses, & tui illius, quem dixi, propinquidet opionem comprobaret euentus, insignes patria tibi eximia, tum rerum cognitione, tum linguarum peregrinarum facultate predito, honores tribuit, & campum, in quo virtus tua excurreret, aperuit latissimum. Impendebat tremenda communi patriae, cum odij capitalibus aucta, tum diffidentia inuidiaque confirmata perturbatio, & tempora omnibus prope Reip. membris conuulsis, & quasi luxatissimamente iam tum calamitate grauida esse videbantur. Istum igitur quasi partum modis omnibus auertere cupientes, Ecclesiarum tum Bambergensis, tum Herbipolensis Proceres, acerrimo in estimandis hominum moribus iudicio prædicti, singulari testudo collegam ascuerūt, atque ita affecti, ut qua virtuti premia debentur libentissime persoluant, eximijs te sacerdotijs colloqupletarunt, ad quos scilicet honorum gradus non illorum te fauor, sed excellens ingenium tuum euexit.

Tum vero Magistratus, quod aiunt, virum indicavit, & quæcum voluntatis tum industria tua esset præstantia ostendit. Quot subiisti enim pro communi patria tempestates? quantis sepe laboribus es perfunctus? dum eo consiliatu omnia, omnes cogitationes conueris, quareatione simulatum illæ ac dissidiorum procelle, quæ infestare nos multis ab hinc annis cœperunt, vel auerti penitus, vel ita saltem sistineri possint, ne salutem populi in discrimen adducant. Itaque ob eundis sepc legationibus, multisq[ue] periculorum difficultatibus superatis, demonstrasti

E P I S T O L A

tuam tē salutem posteriorem salute communi ducere. Quae  
res tibi cum solidam peperit gloriam, tum reuerendam  
Amplitudinem tuam ad sublimiores quoq; honorum gra-  
dus extalit.

Insignis Comburgens. Ecclesia te Decano annis pluri-  
bus quam triginta aquabili prosperaq; fortuna usq; nunc  
eodem te floret Preposito. Annos ibi reditus maiorem in-  
modum auxisti, ad officia magnifica picturis exornata ar-  
tificiosissimis extruxisti, Bibliothecam optimornm, ma-  
nuscriptorum etiam, librorum copia instructam aperiuit,  
suscipiendum ad omnem posteritatem meritorum tuorum  
monumentum. Cumq; nihil sit difficultius, quam rebus se-  
cundis, atq; ad voluntatem nostram fluentibus seruare cō-  
stantiam, & sic uti fortuna, ut beneficentia non arrogan-  
tiae facultatem dedisse videatur, in sublimi dignitate ista  
terumq; omnium abundantia, nunquam reuerenda ampli-  
tua efferti, nunquam commoueri, nunquam ad se ipsam  
referre quicquam, sed cuncta Deo, perenni bonorum fon-  
ti, ascribere visa est, neque suo unquam se rectius officio  
perfundetur existimauit, quam de communi hominum  
societate bene merendo.

Imprimis vero cum, ut ait ex Ennio M. Tullius, bene-  
facta male locata malefacta sint, reuer. amplitudinis tuae  
liberalitatem commendat eorum, quos beneficiis afficien-  
dos censes delectus. Beneficia enim illa temeraria, in qui-  
bus neg. dignitas accipientium, neg. iudicium conferen-  
tium agnoscitur, nullam existimas laudem mereri. Illis  
igitur potissimum reuer. amplitudinis tuae benignitas rem  
familiarem aperit, quos vita morumq; probitas ac etera  
clientum turba distinguit, quig; ingenio præstantes suos  
iam studiorum edunt fructus.

Affentari

## DEDICATORIA.

Affentari nescio, & ut sciam, non volo, neq; reuer.amplitudinistua seruio auribus. Astipulatur in scriptis hominum vox eruditissimorum, qui aeternis ingenij monumentis virtutum tuarum exempla ad posteritatis memoriam transmittunt. Quid referam enim illustria illa Germanie lumina Lotichium, Posthium, Rudigerum, Melissum, Modium? quorum splendida iam pridem, & plena venustatis poemata reuerende amplitudinis tuae nomen in omnes ubi humanitas colitur partes Europæ diffusparunt.

Non igitur grauare reuer.amplit.tua, cum eruditorum neminem a suo congressu atq; sermone unquam excluserit, sed sui copiam adhuc fecerit omnibus, erga Iosephum hunc nostrum patroni partes suscipiet, & qua alios eadem & ipsum benignitate complectetur. Etenim nullareuer.amplitudini tuares adhuc esse potuit tanti, ut ullam putaret voluptatem eacum voluptate esse conferendam, qua legentes scribentesve afficiamur. Legere memini me factos a reuer.amplit.tua versiculos canoros & concinnos, illustria ingenij studiorumque tuorum argumenta. Heribolensis igitur Ecclesiae tibi septem iam annis Decano cum sublimiores ante oculos honores obuersarentur, ultro ex te dignitate abdicasti, dignusque ea, ut eras, viderim a laisti, quam eadem gerenda occupatus a studijs humanioribus diuelli. Ostendisti scilicet, virtutem magis ipsam te diligere quam virtutis insignia. Vere igitur, secundum Posthium nostrum,

Tu contemnendo quæ alij mirantur & optant,  
Ese animo ostendis cuncta minora tuo.

Istud igitur, Antistes amplissime historiae sacrae compendium, 4035. annorum gesta uno volumine cōplete tens,

A . 4      suscipe

EPISTOLA DEDICATORIA.

fuscipe, &c, quoniam consuetudine virorum illustrium delectaris, cum Regibus hic & Principibus, cunque prudenterissimis Rerumpubl. gubernatoribus, imo cum Deo ipso, loquere.

Prædicari vero a me hic aut commendari autorem non est necesse, ipsa eum hac opera commendant, & quod dici solet, aucto id est yor artificem demonstrat, neque etiam notissima illa multis in locis commemorata ab aliis Historiaæ præconia, ne actum agerem, hic retexenda putau. Quod igitur restat, Deum Opt. ter max. qui reuer. amplitudini tuae istam mentem dedit atq; autoritatem, oro toto pectore, ut tuum communibus studiis patrocinium velit esse maxime diuturnum, annosque tuos aequet cum iis bonis, que in te contulit summa. Vale. Data ex ædibus meis Francofordia ad Mænum, Calendas Februarii. Anno M. D. LXXX.

Reuerendæ amplitudinis tuæ

obseruantissimus

Sigismundus Feyerabend,  
ciuis & Bibliopola  
Francofordensis.

AVTO.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

# FLAVII IOSE-

PHI DE ANTIQUITATE

I V D A E O R V M C O N T R A

*Apionem Alexandrinum, ad  
Epaphroditum,*

L I B E R I.

Opera Sigismundi Gelenij re-  
stitutus.



EFFICIENTER, ut arbitror, & per libros Antiquitatum, optime virorum Epaphrodite, legentibus eos, aperiui de nostro genere Iudorum, quia & vetustissimum est, & primam originem domesticam habuit. Quiaq; nullum enim annorum numerum historiam continentem, ex nostris sacris libris Græco sermone conscripsi. Quoniam verò multos video, respicientes blasphemiam quorundam insanè prolatam: & ea quæ à me de antiquitate conscripta sunt, non credentes: putantes mendacium nostrum esse genus, eò quod nulla memoria apud Græcorū nobiles historiographos digni sunt habiti nostri maiores: pro omnibus his arbitratus sum oportere me breuiter hanc dicta conscribere: & derogant: ut quidem, ut animus spontaneumq; increpare mendacium, aliorum verò ignorantiam pariter emendare: vniuersosq; de nostra antiquitate, qui scilicet veritatem amplectuntur, edocere. Ut au- tem in meis dictis testibus eis, qui de omni antiquitate apud Græcos si- de digni sunt iudicandi: eos autem qui blasphemè de nobis atq; fallaci- ter conscripsere aliqua, per semetiplos conuictos indubitanter ostendā. Conabor etiam causas exponere, propter quas non multi in Græcis hi- storijs gentis nostræ fecere memoriam: nec non & eos, qui de nobis scri- bere voluerunt neclentibus aut nescire simulantibus indicabo. Primi- Omnia Græ- tus itaq; satis admiror eos, qui existimant oportere de rebus antiquis, corū noua: . Græcis tantummodo fidem habere, & ab eis consulendam esse veritatis apud Aegyp- integratatem: nobis autem & alijs hominibus non esse credendum. Sed tios autē & ego omnia in his contraria video contigisse. Quapropter decet non va- Chaldeos, & rijs opiniones inspicere, sed ex ipsis rebus iusticiam ponderare. Omnia Phœnices siquidem Græcorum noua, & heri (vt ita dicam) nuperq; facta cognoui: res gestæ an- hoc est, fabricam ciuitatum & adiumentiones artium conscriptionesq; tiquissimam legum: cunctarumq; rerum iunior apud eos est historiaz diligentia con- habent me- scribenda. Apud Aegyptios autem, atq; Chaldeos & Phœnicias (desino morie tradi- cum nos illis connumerare) sicut ipsi fatentur, res gestæ antiquissimæ tionem.

## FLAVII JOSEPHI

**Græcorum  
regionē in-  
numerç cor-  
ruptiones  
inuasere.  
Phœnices &  
Cadm⁹ Græ-  
cium lite-  
ratur inue-  
tores.**

& permanentem habent memoriz traditionem. Nam &c locis omnes  
inhabitant, quæ nequaquam aeris corruptioni subiaceant: & multam  
prudentiam habuere, ut nihil horum quæ apud eos aguntur sine ma-  
moria rei inquietetur: sed in publicis conscriptionibus semper à viris sa-  
piens inuasere, rerum memoriam delentes. Qui autem nouas cōstituen-  
tes conuerlaciones, omnium se primos esse credidere, sciāt quia etiam  
se vix naturam potuerit agnoscere literarum. Nam antiquissimum ea-  
rum usum habuisse creduntur à Phœnicibus, & à Cadmo se didicisse glo-  
riantur. Sed neque illo tempore poterit aliquis demonstrare seruata  
conscriptionem neq; in templis, neq; in publicis anathematibus: quā-  
do etiam de Troianis rebus, vbi tot annis militatum est, postea multa  
questio atq; contentio facta est, vrum literis vñ sint: & magis veritas  
obtinuit, quod usus modernatum literarum illis fuisset incognitus. Cō-  
stat autem, quod apud Græcos nulla inuenitur cōscriptio, poēmate Ho-  
meri veterior: & hunc etiam post bella Troiana fuisse manifestum est,  
eos nulla cō. Et aiunt neq; hunc literis suum poēma reliquisse: sed cantibus memo-  
scriptio, pœ̄tria referuatus, postea fuisse compositum, & propterea multam in eo cō-  
mune Home periri dissonantiam. Qui autem historias apud eos conscribere tenia-  
ti, veterior. uere id est, Cadmus Milesius, & Acusilaus Argivus, & post hunc quicun-  
que alij fuisse referuntur, paululum tamen Persarum contra Græcos  
expeditionem præcessere. Sed & eos qui de cœlestibus ac diuinis primi-  
tus apud Græcos sunt Philoſophati, id est, Thucydeus Syrium & Pytha-  
goram, & Thaletein, omnes concorditer contentur. Ägyptiorum &  
Chaldæorum fuisse discipulos: & breuijer conscriptis. quæ à Gracie  
omnium antiquissima iudicantur, ita ut vix ea credant ab illis fuisse cō-  
scripta. Quomodo ergo non est irrationalib; vt tali fastu turgeat Græ-  
ci, tanquam soli sciens vetera, & veritatem eorum exactè tradant: aut  
quis non ab ipsis conscriptoribus facilimè discat, quod neque firmiter  
scientes aliquid conscripsere, sed quod unusquisq; opinatus est, hoc stu-  
dium explanare. Vnde etiam libri se inuicem arguant, & valde contra-  
esse superfluous, si explanare volueret, quantis quidem locis Hellanicus  
ab Acusilao de genealogijs discrepat, & in quantis Hesiodum corrigit  
Acusilaus, aut quomodo Ephorus quidem Hellanicum in plurimi ostendit  
esse mendacem, Ephorum vero Timæus, Timæum qui post illū fue-  
re, Herodotum vero cuncti: sed neq; de Siculis cum Antiocho & Phili-  
sto aut Callia Timæus concordare dignatus est: neq; rursus de Atticis bi-  
qui Attidas cōscripterunt: aut de Argolicis qui de Argis historiam pro-  
tulere, alterutros consecuti sunt. Er quid oportet dicere de civitatibus  
breuibusq; rebus, quando de militia Persica, & his quæ in ea sunt gesta,  
tantum viri probatissimi discordasse noscuntur? In multis autem etiam  
scrupulosissimi Thucydides tanquam fallax accusatur, licet scrupulosissimam sui tem-  
poris historiam conscriptissime videatur. Causæ vero huius dissonantie  
multæ fortan & alias querere voluntibus apparebunt. Ego vero duabus  
quas dicturus sum, maximam huius vim diversitatis adscribo. Et qui-  
dem primum dico eam quæ mili propior esse videtur: id est, eo quod ab  
initio fuerit studium apud Græcos, publicas de his quæ semper aguntur  
preferre conscriptiones. Hoc etenim præcipue & errorem & potesta-  
tem mentendi posteris, veteris aliquid voluntibus scriptitare, concepit.

**Thucydides  
scrupulosissi-  
mam con-  
scriptit.**

**Causæ diuer-  
satis apud  
Indos.**

Non  
Thucydides tanquam fallax accusatur, licet scrupulosissimam sui tem-  
poris historiam conscriptissime videatur. Causæ vero huius dissonantie  
multæ fortan & alias querere voluntibus apparebunt. Ego vero duabus  
quas dicturus sum, maximam huius vim diversitatis adscribo. Et qui-  
dem primum dico eam quæ mili propior esse videtur: id est, eo quod ab  
initio fuerit studium apud Græcos, publicas de his quæ semper aguntur  
preferre conscriptiones. Hoc etenim præcipue & errorem & potesta-  
tem mentandi posteris, veteris aliquid voluntibus scriptitare, concepit.

Non enim solummodo apud alios Græcos publica conscriptio est neglegta: sed neque apud ipsos Athenienses, quos tertigenas esse dicunt, disciplinæque cultores, aliquid huiusmodi reperitur. Sed publicarum literarum antiquissimas esse dicunt leges, quæ à Dracone eis de suppliis suis conscriptæ, modicum ante tempus tyrannidis Pisistrati. De Arcadiis autem in antiquitate gloriantibus, quid oportet dici? vix enim isti & poetae literis eruditæ sunt. Cum ergo conscriptio nulla præponetur, quæ & discere volentes doceret, & mentientes argueret, multa Altera diuerterunt, quæ & discere volentes doceret, & mentientes argueret, multa inter conscriptores discordia nata est: quoniam qui ad licet ibendum se sitatis causa preparabant, non studium veritatis exhibuerunt, licet hæc promissio apud Græcos semper habeatur in promptu: sed verborum magis habere prolationem historiographam. Et quemadmodum laudari se in hoc super alios estimarent, Phœbes. ad hoc potius se metipos aptabant. Aliqui vero ad fabulas sunt conuersi: aliqui autem ad gratiam, aut ciuitates laudantes aut Reges: alij se metipos ad accusandas causas aut conscriptores tradidere: in hoc se forte probabiles estimantes, & omnino hoc agentes, quod historiz nimis aduersum est. Veræ siquidem historiz indicium est, si de cildem rebus Veræ histor. omnes eadem dicant aique conscribant. hi vero cum quedam aliter cōscripti indicium scriberent quam alij, tunc se putabant omnium veraciores ostēdi. Quapropter causa quidem verborum & calliditatis eorum, cedere nos Græcis oportet: non autem de antiqua historiz veritate, & maximè de rebus propriis vniuersisque prouinciæ. Quoniam igitur apud Ægyptios & Babylonios, ex longissimis olim temporibus circa conscriptiones diligentia fuit, quando sacerdotibus erat iniunctum, & circa eas ipsi philosophantur: Chaldaei vero apud Babylonios: & quia præcipue Græcis immixti, vñi sunt Phœnices literis, circa dispensationes viræ, & publicorum operum traditionem, dum consentiant omnes tacendum hoc putato. De nostris vero progenitoribus, qui eandem quam prædicti habuerunt in conscriptionibus solitudinem (desino dicere, etiam potio: Propositio rem) Pontificibus & prophetis hoc imperantes: & quia usque ad nostra quā tractant tempora cum multa integritate seruatum est, & si oportet audentius dama sumit dicere, etiam seruabitur, conabor breuiter edocere. Non enim solummodo ab initio probatissimos viros, & in Dei placatione præparatos, ad hæc exercenda constituunt: sed quatenus etiam genus sacerdotum sine perinxione purumque consideret, prouiderunt. Oportet e- Ordo Pon- nūm cum qui sacerdotium habiturus est, ex eiusdem gentis nasci mulie- tificū apud sc: & neque ad pecunias, neque ad honores inspicere, & genus per antiquam lineam & multis testibus approbare. Quod scilicet agimus non suicit. Solum in ipso Iudea: sed ubique nostri generis constitutio reperi- tur, etiam ibi integritas ista seruatur circa nuptias sacerdotum: hoc est, in Ægypto & Babylonia, & quoque terrarum orbe quilibet de sa- cerdotum generis sunt dispersi. Mittunt enim in Hierosolymam con- scribentes à patre nomen nuptæ, & antiquorum progenitorum, qui- tunq; huius rei testimonia præbuere. Si autem bella proueniant, sicut iam crebro factum est, dum Antiochus Epiphanes ad nostram venisset regionem, & Pompeius Magnus, & Quintilius Varus, & præcipue no- stris gesta reporibus, tunc hi qui de sacerdotibus supersunt, ex antiquis literis iterum nouas conficiunt, & probant mulieres, quæ relinquuntur. Non enim ad captivas accedunt, alienigenarum confortia formidan- scs, Indicium vero integritatis hoc maximum est: quia Pontifices apud

## FLAVI JOSEPHI

**Pontifices** nos à duobus millibus annis denominati filii à patre conscripti sunt. His apud Iudeos autem qui prædicti sunt, si quid præuaricentur, interdicitur ne vel ad à duob' mil' altare accedant, vel alia sanctificatione fungantur. Rerum siquidem, per libus annis tius autem necessariè, cum neq; conscribendi potestas omnibus data, neq; denominati vlla sit in descriptione discordia: sed solummodò prophetis antiquissimi filii à patre ma quidem & veterima secundum inspirationem factam à Deo cognoscendis, alia vero suorum temporum sicuti sunt facta palam concrebentibus, infiniti libri non sunt apud nos discordantes & sibi metropolitantes: sed solummodò duo & viginti libri, habentes temporis totius conscriptionem: quorum iustè fides admittitur. Horū ergo quinq; quidem sunt Moiseos, qui natiuitates continent, & humanæ generationis traditionem habent vsq; ad eius mortem. hoc tempus de tribus milib' annis paululum minus est. A morte vero Moiseos vique ad Artaxerxem Persatum Regem, qui fuit post Xerxem, prophetæ suo, um temporum res gestas conscripsuerat in tredecim libris. Reliqui vero quatuor, hytaxerxe vero vsq; ad nostrum tempus singula quidem conscripta, non rati priori simili fide sunt habita, eò quod non fuerit certa successio prophetarum. Palam namq; est ipsis operibus quemadmodum nos pro prijs literis credimus: tanto namq; seculo iam præterito neq; adiucere quicquam aliquis, nec auferre, nec transformare præsumpsit. Omnibus enim insertum est mox ex prima generatione Iudeis, hæc diuina dogmata nominare, & in his vtiq; permanere: & propterea, si oporteat, mori libenter. Iam itaque multi captiuorum frequenter tormentis affecti sunt, & mortes varias in theatris sustinuere, ne vilum verbum cotta leges admitterent, aut conscriptiones auras violarent. Quis Græcorum aliquid tale perpessus est: quando neque fortuitam sustinere lesionem volunt: licet omnia apud eos scripta destruantur. Verba enim hæc esse putant secundum consribentium voluntates exposita. Et hoc iustè etiam de antiquis sapiunt, quoniam aliquos nunc quoq; vident præsumentes de his rebus conscribere, quibus neq; ipsi interfuerere, neque credere scientibus acquiescunt. Deniq; de bello quod apud nos contigit nuper, quidam historias consribentes ediderunt: cum neque ad caloca venedico quidam sint, neque in proximo rerum gestarum fuerint: sed ex auditu quidam historias cōscriptere. pauca componentes, impudenter semetiplos videntur historiæ nominare iactitare. Ego vero & de omni bello, & quæ ibi particulariter gesta sunt, veram descriptionem feci: cum ipse rebus omnibus interfuerim.

**De bello Iudeo-Romanico** Dux etenim apud nos Galilæorum eram, donec fuit defendendi facultas. Contigit autem ut capererem à Romanis, & habentes me Vespasianus eo tempore in custodia, vniuersa semper inspicere faciebant, primò quidem vincitum: postea vero solitus cum Tito ab Alexandria propter observationem Hierosolymorum directus sum. Eo tempore nihil est gestum, quod meam potuisse latere notitiam. Nam videns Romanorum exercitum, vniuersa cum diligentia describebam. Et ea quæ nunciabantur ab his qui semetippos tradebant, ego solus integrus intelligens disponebam. Deinde Romæ tempus vacationis habens, omni iam negotio preparato vlus aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiam Græcum rerum eruditionem exhibui. Tantaq; mihi securitas affuit veritatis, vt prius omnium Imperatores bellum Vespasianum & Titum testes non expulererem, Primum namque illis obtuli libros: & post illos

**Græcorum cum Iudeis comparatio.**

**Josephus bello Iudeo-Romanico** Josephus dux etenim apud nos Galilæorum eram, donec fuit defendendi facultas. Contigit autem ut capererem à Romanis, & habentes me Vespasianus eo tempore in custodia, vniuersa semper inspicere faciebant, primò quidem vincitum: postea vero solitus cum Tito ab Alexandria propter observationem Hierosolymorum directus sum. Eo tempore nihil est gestum, quod meam potuisse latere notitiam. Nam videns Romanorum exercitum, vniuersa cum diligentia describebam. Et ea quæ nunciabantur ab his qui semetippos tradebant, ego solus integrus intelligens disponebam. Deinde Romæ tempus vacationis habens, omni iam negotio preparato vlus aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiam Græcum rerum eruditionem exhibui. Tantaq; mihi securitas affuit veritatis, vt prius omnium Imperatores bellum Vespasianum & Titum testes non expulererem, Primum namque illis obtuli libros: & post illos

illos multis quidem Romanorum qui bellis interfuerent, plurimis vero Josephus filiorum etiam eos venum dedit, qui Graeca eruditione videbantur bros suos imbuti, quorum est Iulius Atchelaus, Herodes honestissimus, & ipse ad plurimis vermirabilis Rex Agrippa. Iste siquidem vniuersi testimonium perhibet, num dedit. re, quod veritatem diligenter excolui: non dissimulaturi si quid gestorum per ignorantiam aut per gratiam commutasset, aut prætermissem. Quidam vero prætui homines derogare meæ historiæ sunt conati, Josephi II. tanquam in scholis adolescentium themata exercentes, & accusationis bros quidam insperatae atq; detractionis facientes opus: cum oporteat illud sciri, blasphem. Quod conuenit promitterent alijs rerum veracium traditionem, ipsum mant. prius hæc nosse certissimè, aut rebus gestis adhærendo, aut ab scientibus consulendo. Quod ego præcipue circa vitrumq; me credo fecisse opus. Antiquitatis namq; libros ( sicut dixi ) ex voluminibus sacris interpretatus sum, cum essem genere sacerdos, & participarem illarum sapientiam literarum. Historian vero belli conscripsi, multarum quidem actionum ipse operator, plurimarum vero inspecto existens: & omnino eorum quæ dicta vel gesta sunt, nihil ignorans. Quomodo ergo non procaces quislibet existimat eos, qui aduersum me nituntur de veritate contendere? Qui licet imperatorum commentarios legisse dicuntur, non tamen nostrorum repugnantium rebus interfuerent. De his rebus itaq; necessariam feci digressionem, significare volens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt. Et sufficenter, sicuti reor, declaravi, quod conscriptio rerum apud Barbaros potius solennior, Duo de quicquam apud Græcos est. Volo autem paululum prius disputare aduersus hos, qui contendunt, nouellam esse nostram conuersationem, eo quod sephus, nichil de nobis, ut aiunt illi, dictum sit à conscriptoribus Græcis: Deinde testimonia antiquitatis ex aliorum literis exhibeo: & eos qui nostrum blasphemant genus, nulla ratione blasphemare monstrabo. Nos igitur neq; regionem maritimam habitamus, neq; mercimonijs gaudemus, neq; per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur. Sed nostra ciuitates procul à mari sitæ sunt: regionemq; uberrimam possidentes, in ea assidue laboramus, præcipue circa filiorum nutrimenta studentes, legumq; custodiam: & traditionem pietatis, totius opus vitæ necessarium iudicamus. Cum accedat igitur his quæ prædicta sunt, etiam viuendi Filiorum ratio propria, nihil fuit antiquis temporibus quod faceret nobis com- apud Iudeos mercium Græcorum: sicut Ægyptijs mercimonia, quæ ab eis exportan- educatio. tur, & ad eos rursus importantur: itemq; habitatoribus Phoeniciz maritima, studentibus circa contractus, atq; negotia amore pecuniae requisita. Sed neq; circa lacrocinia sicut quidam alij vacauere, aut amplius habere concupiscentes patres nostri ad bella conuersi sunt, licet regio nostra multa millia virorum fortium possideret. Phœnices ergo propter negociationem ad Græcorum provinciam nauigantes, repente sunt agniti, & per illos Ægyptijs, & omnes à quibus ad Græcos onera decuehebant, immensa maria proscindentes. Medi vero postea atque Persæ palam in Asia regnauerunt, & vsq; ad alteram continentem Persæ militauerunt: Thracces autem propter vicinitatem, & Scyrae ab his qui Pontum nauigant, cogniti sunt: & omnino vniuersi iuxta mare vel orientale vel hisperium habitantes, aliquid conscribere volentibus cogniti facti sunt. Qui vero superius habitabant, & procul à mari, multis sunt temporibus ignorati. Et hoc apparet etiam circa Europam cōtigisse:

# FLAVIUS JOSEPHI

tigisse: quando de Romanorum ciuitate tam longo tempore adepta potestitatem, tantaq; bella conficiente, neq; Herodotus neq; Thucydides, nec ullus qui fuit cū istis, fecit aliquā mentionē. sed serō tandem & vix ad Graecos potuit eorū venire notitia. De Gallis enim & Hispanis sic ignorauere hi, qui putātur diligentissimi cōscriptores, quorū est Ephorus, vñā ciuitatē esse arbitrarentur Iberos, qui tantā partē occidentalis terrā nō seuntur inhabitare. Et mores eorum, qui neq; sunt apud eos, neq; dicuntur, referunt. Causa verò ignorantia veritatis est, quod procul ab effent: vt aut̄ falsa conscriberent, quod vellent videri aliquid amplius quam alij retulisse. Quomodo ergo mirari decet, si neque nostra gens plurimis erat nota, neq; ad scribendum de se al quam dedit occasione, & ita dissita procul à mari, & talibus institutis viuens? Pone igitur nos argumento vt i velle Graecorum, quod non sit genus eorum antiquum; eo quod nihil in nostris voluminibus de eis sit dictum: nōnne omnino deridebunt causas hujusmodi à me prolatas, & testes vicinæ regionis adducent antiquitatis suæ? Igitur & ego hoc conabos efficere. Ägyptijs enim & Phœnicibus præcipue testimoniis utar, cum nullus eorū potuerit tanquam falsum accusare testimonium. Et videntur maxime errari. De Chaldaeis autem nequaquam hoc dicere potero, quoniam & generationibus suis meminere Iudeorum. Cum vero fidem de his praetores memorabo, qui Iudeorum fecere mentionem: vt neq; huiusmodi occasio relinquitur in Iudeis nobis facienda contentionis. Inchoabo autem primum à literis Ägyptiorum, quas non arbitrantur commendare quæ nostra sunt. Manethou itaq; genere vir Ägyptius, Græca disciplina eruditus, sicuti palam est (scripsit enim sermone Græco) paternæ religionis histiotiam ex sacris (sicuti ait ipse) interpretatione libris, frequenter arguit Herodotum in Ägyptiis ignorantia mentitur. Is Manethon in secundo Ägyptiacorum hæc de nobis scripsit. Ponam vero etiam verba eius, tanquam illum ipsum adducens testem. Fuit nobis Rex, Tumaus nomine, sub hoc nescio quomodo Deus iratus fuit: & preter spem ex partibus orientalibus homines, genere ignobiles, adeptæ fiducia in prouincia castrametati func. Et facile ac sine bello eam poteratq; ceperunt: & principes eius alligantes, de cetero ciuitates crudeliter incendere: & Deorum templa cuerti. Erga omnes vero prouinciales inimicissime se gesserunt, alios quidem perire: es, aliorum vero & filios & coniuges in ciuitatem redigentes: nouissimè vero & vnum ex se fecere Regem, cuius nomen Saltis. Hic in Memphis inveniens, superiore inferioreq; prouincia tributaria facta, præsidia relinquens opportunitatis loeis, maximè partes muniuit orientales, prospiciens quod Affyriji aliquanto poteriores, erant desideratuti regnum eius inuadere. Inueniens autem in præfectura Saite ciuitatem opportunissimam, possum ad orientem Bubastis fluminis, quæ appellabatur à quadam antiqua theologia Auaris, hanc fabricatus est, & muris maximis communis uit, collocans ibi multitudinem armatorum, vsq; ad ducenta quadraginta millia virorum eam custodientium. Hic autem messis tempore veniebat, tam vt frumenta meteret, & mercedes exolucret, quamq; armatos ad terrorem extrancorum diligenter excitaret. Qui enim rego affegit

Romanorū  
notitia serō  
ad Graecos  
peruenit.

Histo: iogra  
phi quidam  
Hispaniam  
vnam tan-  
tummodo  
esse ciuita-  
tem arbitra-  
ti sunt.

Argumen-  
ta, Iudeorū  
genus anti-  
quius Gra-  
corum ge-  
nere.

Manethon,  
Ägyptius  
historiogra-  
phus.

Saltis Ägy-  
prius in suā  
potestatem  
rededit.  
Saite ciuitas  
ad orientē  
Bubastis flu-  
minis posi-  
ta.

regnasset decem nouem annis, vita priuatus est. Post hunc autem regnauit alter quatuor & quadraginta annis, Bxon nomine. Post quem alius Apachnas, sex & triginta annis, & mensibus leptem. Deinde Apochis, unum & sexaginta & Ianis quinquaginta, & mense uno. Post omnes autem Athis novem & quadraginta, & mensibus duobus. Et isti quidem sex apud eos fuere primi Reges, debellantes semper, & maxime Aegypti radicem amputare cupientes. Vocabatur autem gens eorum Hyscos, hoc est, Reges pastores. Hyc enim secundum sacra Reges pastores vocati, lingam, Regem significat: Sos vero pastorem sive pastores, secundum communem dialectum: & ita compositum inuenitur Hyscos quidam vero dicunt eos Arabas esse. In alijs autem exemplaribus non Reges significari compiri per appellationem Hyc, sed e diuerso captiuos declarari pastores. Hyc enim Aegyptiaca lingua, & hac, quando denso sono proficit, captiuos aperie significat: & hoc potius verisimile mihi videtur, & historiaz antiquaz conveniens. Hos ergo quos proximus Reges, & eos qui pastores vocabantur, & qui ex eis fure, obtinuisse Aegyptum ait annis undecim & quingentis. Post haec autem Regum Thebaldis & Aegypti reliquæ factam dicit super pastores inuisionem, & bellum maximum & diuturnum eis illatum. Sub Rege vero cui nomen erat Alisfragmuthosis, viros dicit pastores, & aliam quidem universam Aegyptum perdidisse. inclusos autem in locum habentem munituram ingerunt decem millium, cui loco nomen est Avaria. Hunc Manethon dicit omnem maximo muro atq; robustissimo circumdedisse pastores, quatenus & omnem possessionem munitam haberent, simul & prædam suam. Filium vero Alisfragmuthoscos Themos in conatum eos vi expugnare, cum quadringentis octoginta millibus armatorum eorum muros obsedit. Cum vero obsidiun desperasset, pacta cum eis fecisse, ut Aegyptum reliquentes quo vellent innoxij Regum Aegyptiosum. Omnes abirent. Ilios vero his promissionibus impetratis, cum omni domo & possessionibus non minus ducenta quadraginta milia numero, cum pastore ex Aegypto per desertum in Syriae ieret egisse: & metuentes Assyrio-ribus pactum potentiam (tunc enim illi Asiam obinebant) in terra qua nunc Iudaea vocatur, ciuitatem adificasse qua tot millibus hominum sufficeret posset, enmq; Hierosolymam vocatam. In alio vero quodam libro Aedificatio Aegyptiorum Manethon hanc ipsam gentem, id est, qui vocabantur Hierosolymi pastores, in sacris suorum libris captiuos ascriptos recte sline dixit. Nam antiquis progenitoribus nostris pallescere mos erat: & pascuale ha- Iudæi cur ob- bentes vitam, vocabantur ita pastores. Sed & captivi non temere ab Aegyptiis dicti sunt: quoniam progenitor noster Joseph dixit ad Regem & captiuum Aegyptiorum, se esse captiuum: & fratres in Aegyptum postetios euocauit, dicti. Rege præcipiente. Sed de his quidem in alijs examinationem subtilius faciemus. Nunc autem huius antiquitatis producam testes Aegyptios, tursumq; quomodo se habeant vnde. Manethonis circa ordinem eorum aperte describam: sic enim ait: Postquam egreditus est ex Aegypto Nominis Regis Populus pastorum ad Hierosolymam, expulsi corum Rex Themosis regnauit post haec annis viginti quinq;, & mensibus quatuor, & defunctus est. Assumpsitq; regnum filius Chebron annis tredecim, post quem bi succederet Amenophis viginti & mensibus septem huius autem soror Amelies tunc annis viginti uno, & mensibus nouem. Mephres autem duodecim, & mensibus novem, Mephamuthosis viginti quinq;, & mensibus decem.

Themosis

## FLAVI JOSEPHI

Thmosis autem nouem, & mensibus octo. Amenophis vero triginta, & mensibus decem. Orus vero triginta sex, & mensibus quinq;. Huius autem filia Acencheres, duodecim, & mense uno. Rathotis vero frater nouem. Acencheres autem duodecim, mensibus quinq;. Acencheres alter duodecim, & mensibus tribus. Armais vero quatuor, & mense uno. Armesis autem uno, & mensibus quatuor. Armelelmiamum vero sexaginta sex, & mensibus duobus.

**Sethosis Aegypti Rex,** Sethosis autem equestris & nauales copias habens, fratrem quidem Armain procuratorem Aegypti constituit, & unum ei aliam regalem contulit potestatem, tantummodo autem diademate uti prohibuit, & ne Reginam matrem liberorum opprimeret imperavit, & ut pri procura abstinenter etiam ab alijs regalibus concubinis. Ipsi vero ad Cyprum & Phoenicen, & rursus contra Assyrios atq; Medos castramatus, vniuersos quidem, alios ferro, alios sine bello tetro magnaz virtutis sibi met subiugauit. his vero felicitatibus eleuatus confident us incedebat, orientales vrbes ac prouincias subuertendo, multoq; tempore procedente Armais, qui in Aegypto fuerat derelictus, omnia, contra quam fratrem agere monuerat, sine timore faciebat. Nam & Reginam violenter abiecit, & alijs concubinis sine parcitate iugiter miscebatur: persuasusque ab amicis & d:ademate uteretur, & fratri rebellabat. Is vero qui constitutus erat super sacra Aegyptia, codicillos Sethosi misit, cuncta significans, & quia rebellaret ei suus frater Armais. Qui repente ad Pelusium destinauit, & proprium tenuit regnum. Prouencia vero vocata est ex eius nomine Agyptus. Dicit enim quod Sethosis Aegyptus vocabatur, Armais autem frater eius Danaus. Hec quidem Manethon. Pakim vero est, ex praedictis annis tempore computato, quod qui vocabantur pastores, id est nostri progenitores, ex Aegypto liberati, ante tres & nonaginta atq; trecentos annos hanc prouinciam inhabituere, quam Danaus ad Argos accederet: licet hunc antiquissimum Argui esse confidant. Duas igitur res Manethon maximos pro nobis Aegyptijs literis protestatus est: primam quidem, quia aliunde venerunt ad Aegyptum: deinde egressum eorum exinde, ita temporibus antiquissimum, ut penè initio annis bellum praecedat Iliacum. Ea vero quæ Manethon non ex Aegyptijs literis, sed (sicut ipse confessus est) ex fabulis quorundam nomine nomine, adiecit, postea particulaiter redarguam, ostendens ea sine verisimilitudine esse mendacia. Sed volo ab istis ruris migrare ad ea,

**Aegyptus  
vnde dicta.**

**Iudeorum  
ad Aegyptum  
aduentum co-  
rundemque  
egressum o-  
stendit Ma-  
nethon.**

in Hierosolymis apud Phoenicas de nostro genere conscripta sunt, & eorum testi-  
lytis ædifi- monio declarata. Sunt itaq; apud Tyrios multorum annoq; publice  
catum est tem literæ, & conscriptiones diligentissime custoditæ, ex his quæ apud eos  
plum à Salo- facta & inuicem gesta noscuntur, quæ tamen memoria digna sunt. In  
mone Rego, ter hac ergo cōscriptum est, quia in Hierosolymis ædificatum est iem-  
ante an. 143. plum à Salomone Rego, ante annos centum quadraginta tres, & men-  
& menses 8. Ies octo, quam Tyrij Carthaginem condidere. Descripta vero est apud  
quam Tyrij illos constructio templi nostri. Hiramus enim Tyriorum Rex amicus  
Carthaginē erat Regi nostri Salomonis, paternis amicitijs ei deinceps. Is ergo mu-  
condidere. nificantiam suam exhibens ad claritatem fabricæ, præbuit Salomon  
Tyriorū Re- aurum quidem viginti & centum talenta: incidentesq; pulcherrimam syl-  
gis & Salo- uam in monte, qui Libanus puncupatur, ad cameram destinauit ei.  
monis ami- Quem redonauit Salomon & alijs multis rebus, & terra Galilææ regio-  
citia. nis, quæ Zabulon vocatur. Præcipue autem ei amicitiani sapientia con-  
cupiscit;

cupientis conciliauit. Problemata enim soluenda alterutris dirige- Hirami & Sa-  
 bant, & nichil in his Salomon erat, & in alijs sapientior apparebat Ha- bemonis pro-  
 stenus verò seruantur apud Tyrios epistole multæ quas illi sic ipse ad blemata.  
 inuicem. Quod autem non flagit de Tyriorum literis, testem produ-  
 cam Diuum qui in Phœnicum historia integerrimus approbatus est. Is  
 igitur in Phœnicijs historijs hoc modo scribit. Abibalo motiente, fi-  
 lius eius Hiramus regnauit. Hic partis orientalis ciuitates ampliauit,  
 urbem potiorem fecit: & Olympij Iouis templum, quod in insula situm  
 erat, iactis aggeribus urbi adiunxit, & aureis anathematibus exornauit. Ascendens autem in Libanum, sylvas incidit ad templorum adifi-  
 cationem. Regem verò Hierosolymorum Salomonem misse dicunt  
 ad Hiratum quædam ænigmata, & poposcisse ab eo adiesto ut qui non  
 posset discernere, pecuniam soluenti persolveret: confessumque Hi-  
 ramum, non se posse soluere propositas quæstiones, multis pecunijs  
 mulctatum. Deinde Abdemonum quendam virum Tyrium, propositas  
 soluisse quæstiones: ipsumque alias proposuisse, quas si non solueret Sa-  
 lomon, multas rursus pecunias Hiramo Regi conficeret. Dius igitur  
 hoc modo de predictis testimonium perlibuit nobis. Sed post hunc  
 producam Menandrum quoque Ephesium. Is enim singulorum Re- Menandri E-  
 gum actus conscripsit apud Gracos & Barbaros, studens ex prouincia- phesij testi-  
 libus vniuersisque loci literis, historiz veritatem pandere. Scribens monium,  
 enim de his qui in Tyro regnauere, & deinde veniens ad Hiratum Re-  
 gem, sicut et: Moriente vero Abibalo, successit in eius regno filius eius  
 Hiramus, qui vixit annis triginta quatuor. Hic aggere coniunxit Eu-  
 tychorum, aureamque ibi columnam Iouis in templo reposuit: & ad  
 sylvam lignorum prefectus, abscedit de monte qui Libanus appellatur,  
 ligna cecina ad regmina facienda templorum. Demolitusque anti-  
 qua delubra, noua templa adificauit. Herculisque & Astartes fana de-  
 dicauit, Herculis primum exstructo mense Februario, deinde Astartes:  
 quando castra mouit aduersos Tyrios, minime tributa reddentes: quos  
 etiam subdens sibi met denudo remeauit. Sub hoc fuit Abdemonus puer Abdemen.  
 juuenis, qui semper parabolæ soluebat, quas Salomon Hierosolymo-  
 rum Rex destinabat. Supputatur verò tempus ab hoc Rege usque ad  
 constructionem Carthaginis, hoc modo: Moriente Hiramo successit in Hirami Re-  
 eius regno Beleastartus filius, qui cum vixisset annis quadraginta tri- gis genealo-  
 bus, septem regnauit annis. Post hunc Beleastartus filius cum vixisset già,  
 annis viginti, regnauit nouem. Hunc filij nutricis eius quatuor insidijs  
 peremere: quorum senior regnauit annis 12. Post quos Astartus filius  
 Beleastarti regnauit. Qui cum vixisset annis quadraginta quatuor, re-  
 gnauit annis 12. Post hunc frater eius Astarimus: & hic vixit annis qua-  
 tuor & quinquaginta, regnauit annis nouem, & peremptus est à fratre  
 Phellete: qui suscipiens regnum, membris imperauit octo, cum vixisset  
 annis quinquaginta. Huc peremis Itobalus Astarte: sacerdos: qui cum  
 vixisset annis sexagesima octo, regnauit annis triginta duobus. Huic  
 successor fuit Badezorus filius: qui cum vixisset annis 45 regnauit iex. Huic  
 successor factus est Mettinus filius: qui cum vixisset triginta duobus, no- Carthago à  
 uem regnauit annis. Huic successor fuit Pygmalion, qui annos egit in Didone Pyg-  
 sua vita quinquaginta sex, ex quibus 40 tenuit principatum. huius re malionis lo-  
 gan anno septimo, soror Dido in Africa ciuitatem adiiecauit Carthagi- rore in Afri-  
 ca. Itaq; colligitur tempus à regno Hirami usq; ad adificationem Car- ca extructa  
 Mum zhaginus,

## FLAVI JOSEPHI

**Carthaginis annorum 135. & mensium 3.** Cum vero duodecimo anno regni eius in Hierosolymis aedificatum sit templum, sit ab aedificatione templi usque ad constructionem Carthaginis tempus annorum 143. mensium 3. Testimonio siquidem Phoenicum quid amplius oportet apponit. Cernitur ipsa veritas fortiter approbata: & multo clarius appetet, quoniam precedit constructionem templi progenitorum nostrorum ad provinciam hanc aduenitus. Cum enim eam viuercsam bello tenuissent, tum demum templum aedificare cetero: & haec aperte ex literis sacris etiam a me in Antiquitate manifestata sunt. Nunc itaque sunt dicenda ea, quae apud Chaldeos noscuntur esse conscripta, & de nobis in historiis sunt relata. Quae multa habent concordiam cum nostris voluminibus, etiam de alijs rebus. Testis autem horum est Berossus vir generis quidem Chaldeus, notus autem eis, qui doctrinæ eruditioque congaudent: quoniam de Astronomia & de Chaldaeorum philosophia ipse Graecas conscriptiones edidit. Igitur Berossus antequissimas secutus historias, de facto diluicio, & hominum in eo corruptione, sicuti Moses, ita conscripsit simul & de arca, in qua generis nostri princeps seruatus est, deuicta scientia et in summitatem montium Armeniorum. Deinde scribens eos qui ex Noe progeniti sunt, & tempus eorum adiiciens, usque ad Nabulastrum peruenit. Babyloniorum & Chaldaeorum Regem. & huius actiones, Nabuchodonosor exponens, narrat: quemadmodum misit in Aegyptum & ad nostram terram filium suum Nabuchodonosorem cum multa potentia: qui dum rebellantes eos inuenisset, omnes suo subiecit imperio: & templum in Hierosolymis concrescuit: cunctumque generis nostri populum afferens, migravit in Babylonem. Vnde ciuitatem contigit delocari annis 70. usque ad Cyrrum Regem Persarum. Dicit autem quod tenuerit Babylonius Aegyptum, Syriam, Phoeniciam, Arabiam, viueros priores Chaldaeorum & Babyloniorum Reges exactionibus suis excellens. Ipsa verò verba, quae Berossus protulit, hoc modo dicta, necessariò proferenda sunt. Audito autem pater eius Nabulastrus, quod satrapa constitutus in Aegypto & Syria inferiore & Phoenicia rebellaret, cum non valeret iam ipsi labores ferre, tribuens filio suo Nabuchodonosori statim valenti partem quandam exercitus contra eum misit. Nabuchodonosor autem cum satrapa desertore congressus, prouinciam quae ab initio eorum fuerat, ad proprium reuocauit imperium. Eodem vero tempore, contigit patrem eius Nabulastrum, cum agrotasset, in Babylonia ciuitate defungi, qui regnauit annis 29. Nabuchodonosor autem post multum tempus mortem patris cognoscens, & negotia Aegyptiaca disponsans, reliquatumque prouinciarum & captiuos Iudeorum & Phoenicum atque Syrorum, qui in Aegypto fuerant, commendas quibusdam amicis, ut cum exercitu & impedimentis perducerentur ad Babyloniam, ipso cum paucis iter aggressus per desertum Babylonem venit: repertisque cunctis a Chaldis dispensari, seruatumque regnum ab optimatibus eorum, dominus factus totius paterni principatus, captiuis quidem aduentientibus praecepit habitacula in opportunitatis Babylonie locis aedificare. ipse vero ex manubija templum Beli ac reliqua munificentissime excoluit: & veteri urbi alteram extrinsecus adiecit. Et prout so ne post hac possent hostes fluviu[m] conuertere & ad urbem accedere, tres interi ciuitati per circuitu[m] muros, totidè exteriori, hos costi latere, illos addito etiam bitumine, circu[m]dediuitam sic communitez portas quae vel templum

**Berosus historiographus generis Chaldeos.**

**Nabulastrus, Nabuchodonosor rex, Nabuchodonosor rebelles impetrantes in regno suo subiicit.**

**Nabuchodonosor patri in regno suo cedit.**

**Berosus primus Rex Assyriorum.**

templum deceant, addidit ad hoc iuxta paternā regiam, alterā sumptuo Nabuchodō  
sorem multo amplioremq; exstruxit: cuius ornatum exponere fortasse <sup>natur regis</sup>  
longum esset illud memoratu dignum, quod hæc ad cō superba supraq; extuit.  
Fidem magnifica, s̄ dierum spacio perfecta est. In ea lapides moles ex-  
cellas excitauit, aspectu montib. assimiles, omniq; genere arborū con-  
sitas. Hortum quoq; pensilem fecit, fama nobilem: eo quod uxore eius  
montanum prospectum desideraret, in Medorum regione educata. Hæc  
itaq; reculit de predicto Rege, & multa super hæc in libro Chaldaico-  
rum: in quo culpat conscriptores Gr̄cos, quasi vanegabitatos, à Se- Babylonent  
miramide Assyria Babylonem ædificatā, & mira opera ab illa circa eam à Semiramis  
fuisse constructa, false conscripsisse dicens. Ipsam certè Chaldaorum <sup>de non au-</sup>  
conscriptionem fide dignam existimandum est, quando cum archiuis <sup>ficatam.</sup>  
Phœnicum concordare videntur, quæ ex Berulo conscripta sunt de  
Rege Babyloniorum: quoniam & Syriam & universam Phœnicen ille  
subuerit. In his sane consensu & Philistratuſ in historijs, dum Tyriꝝ  
meminit obsidionis: & Megasthenes in questo Indicorum: ubi declara-  
re contendit, predictum Regem Babyloniorum Herculem fortitudine Babylonio-  
& rerum gestarum magnitudine præcessisse. Dicit enim eum & maxi- <sup>ju</sup> Rex Her-  
culem Africæ partem, & Hispaniam subiugatis. Quæ vero de templo Hie- culem fo-  
rosolymotum relata sunt, & concrematum esse a Babylonij, & cæpium crudine & re-  
rufus ædificari Cyto tenente Asir principatum, ex jactis berosi dec' ruit gesta-  
ramus. Sic enim in tertio libro dicit. Nabuchodonosor itaque passa- magitudi-  
quam inchoauit predictum murum, incidēs in languorem, de vita mi- ne præcessi-  
grauit, cum regnasset annis tribus & quadraginta. Huius regni domi- Nabucne  
nus effectus filius eius Ezelmaradochus, propter iniquitates & l. bidi- nosoris sue-  
pes passus insi. tias à marito feroris suz Niri glissoroore peremptus est, cessor.  
cum duobus regnasset annis. Quo defuncto sumens regnum qui ei fe-  
cit insidias Nir glissoroer, annis regnauit: quatuor. Huius filius Labo- Babylonis  
rosardochus, principatum quidem tenuit puer existens mensibus no-  
uem: insidias vero passos, eo quod n̄ mis appareret malorum esse mor-  
rum, ab amicis extinctus est. Hoc itaq; perempto, conuenientes hi qui  
fecerant insidias, communī suffragio regnum tradidere Nabonido cui. Babylonis  
dam, qui erat ex Babylone ex eadem gente. Sub hoc muri circa fluvium muti ex lat-  
Babyloniat ciuitatis ex latero cocto & bitumine sunt constructi. Catus re cocto &  
regni anno septuaginta egressus Cyrus ex Perside cum magnō ex- bitumine  
ercitu, universa Asia subacta, impetum fecit in Babyloniam urbem. constructi.  
Sentiens autem Nabonidus invasionem eius & occurrentis cum exerci-  
tu suo, atque congressus pugna, victus & cum paucis fugatus inclusus  
est in Borlippensiū ciuitate. Cyrus autem Babyloniam obsidens, & <sup>Cyrus Nabo</sup>  
deliberans exteiiores muros deponere ciuitatis, eo quod nimis videtur  
munita, & esset ad capiendum valde difficultis, reuersus est ad Bor- <sup>nidū expel-</sup>  
lippam, Nabonidum expugnaturus. Nabonido vero oppugnationem <sup>ne.</sup>  
non expectante sed prius supplicante, vsus clementia Cyrus, & dans ei  
habitaculum in Carmania, expulit eum à Babylone. Nabonidus itaq;  
reliquum vitæ tempus in illa prouincia conuersatus est. Hæc concur-  
dant cum nostris. Scriptū namq; in eis est: quod Nabuchodonosor octa-  
uodecimo regni sui anno, templum nostrum ad desolationem visq; per-  
duxit, & fuit exterminati annis 7. Secundo vero anno regni Cyri fan-  
damentis depositis, rursus secundo regni Darii anno perfectum est.  
His prolatis, adiiciam etiam Phœnicum historias: non enim proba-

## F L A V I I I O S E P H I

**Phoenicū de Tionum abundantia relinquenda est:** est enim dinumeratio in illis annis  
**Iudæorū anno:** notum: sic enim habent: Sub Rege Ichobalo Nabuchodonosor obfedit  
**tiquitate testimoniū:** Tyrum annis tribus & decem. Post hunc regnauit Baal annis decem,  
**Post hunc iudices constituti sunt, & iudicauere hi.** Ecnibalus Ballechi,  
**mensibus duobus:** Chelbis Abdai mensibus decem: Abbarus pontifex  
**mensibus tribus:** Myttonus & Gerastus Abdilimi, iudices annis sex: in-  
**ter quos regnauit Balatorus anno uno: quo moriente, mittentes euoca-**  
**uerū Merbalum ex Babylone, & quatuor regnauit annis. Eo quoq; mo-**  
**riente, euocauere fratrem eius Iromū, qui regnauit annis viginti. Sub**  
**hoc Cyrus Persarum habuit imperium. Quapropter omne tempus est**  
**annorum quinquaginta quatuor, & mensium trium. Septimo siquidem**  
**anno regni sui Nabuchodonosor coepit obcidere Tyrum: Quartodeci-**  
**mo autem anno Regis Iromi, Cyrus Persarum tenuit principatum.**  
**Consonant igitur quæ de templo scripta sunt à Chaldais ac Tyrijs, cura**  
**literi nostris. Manifestum verò & sine contentione testimonium est,**  
**de praedicta generis nostri antiquitate. Et his quidem qui non valde**  
**contendunt, sufficere iudeo quæ præmissa sunt. Oportet autem nō cre-**  
**dendibus Barbaricis conscriptionibus, sed solis Græcis fidē habendam**  
**esse dicentibus, adhuc multos exhibere testes, etiam Græcos, scientes**  
**nostrum genus, & opportuno tempore eius habentes mentionem. Py-**  
**thagoras igitur Samius, cum sit antiquus quidem aetate, sapientia verè**  
**& diuina pietate philosophos omnes excellens, non solum quæ nostra**  
**sunt agnouisse manifestus est, sed etiam simulatus ei ex multis appa-**  
**ret. Et cius quidem conscriptio nulla reperitur. multi tamen de eo retu-**  
**lere: quorum insignior est Hermippus, vir circa omnem historiam dili-**  
**gentissimus indagator. Refert itaq; in primo de Pythagora libro, quod**  
**Hermippi de Pythagora testimoniu.** Pythagoras uno familiarium suorum defuncto, nomine Calliphonte, ge-  
 nere Crotoniate, illius animam dicebat secum degere die noctuq; : &  
 quod præcipiteret, ut non transiret locum, ubi a sinus lapus esset, & ab a-  
 qua seculenta semetipsum abstineret, & ab omni blasphemia recede-  
 ret. Deinde sequitur. Hæc autem agebat atq; dicebat, Iudæorū & Thra-  
 cum opiniones imitatus, ac transferens in semetipsum. Dicitur enim  
 vere, quod ille vir multas Iudæorum leges in suam transtulit philoso-  
 phiam. Fuit autem etiam per cinitates nō ignota olim gens nostra: & mul-  
 ti iam mores ad qualdā transferunt, & simulatione digni à nonnullis  
 habebantur. Quod manifestat Theophrastus in his quæ scripsit de legib.  
 Ait enim quia prohibent Tyrorū leges & peregrino sacramento iurate.  
 Inter quæ sacramenta cum quibusdam alijs etiam iuriandum, quod  
**Theophras-** Corban appellatur, enumerat: apud nullos autem hoc inuenitur iura-  
**titus.** mentū, nisi apud Iudeos solos: quod interpretatur ex Hebraica lingua,  
**Corban, do-** donum Dei Verum neq; Herodotus Halicarnassus nostram ignoravit  
**num Dei.** genitum, sed quodammodo eius meminisse cognoscitur. De Colchis e-  
**Herodotus** num referens, in secundo libro sic dicit: Soli aut inter omnes Colchi, &  
**Halicarnas-** se de Iudeo- Egypti, & Aethiopes, verenda ab initio circuncidunt. Phœnices verò,  
**rum circum-** & Syri in Palæstina confitentur hoc ab Egyptijs didicisse. Syri autem  
**cione.** qui circa Thermodooniem & Parthenium fluvium commorantur, &  
 his vicini Mætones, à Colchis dicuntur nuper didicisse. Hi namq; sunt  
 inter homines soli qui circuncidunt: & isti sicut Egypti facete di-  
 cantur. De Egyptijs autem & Aethiopibus dicere non possum, utri  
 ab alteris didicere. Dixit ergo Syros, qui in Palæstina fuit, circun-  
 cidi.

cidi. Omnia autem qui habitant Palæstinam, soli Iudei circumciduntur. Hoc igitur sciens, de ipsis dixit. Quin & Chœrilius, antiquus Poëta, tiqui Poëta, meminit de gente nostra, dicens quod militaverunt nostri maiores de Iudeorū cum Xerxe Persarum Rege contra Gr̄cos; & enumerans vniuersas gentes testis, nouissimam nostram posuit, ita dicens:

*Huius miranda specie gens castra secuta,  
Phenissam ignoto linguam mittebat ab ore.  
Sedes huic Solymi montes, stagnum prope vastum.  
Tonsa caput circum, squalenti vertice equini  
Exuimus capitū durat as igne gerebat.*

Palam ergo est, sicut arbitror, quia nostri meminerit, eo quod & Soly-  
mi montes in nostra regione sunt constituti, in quibus habitamus, &  
stagnum, quod dicitur Asphaltites. hoc enim inter omnes stagnum in Asphaltites  
Syria latius atque maius est. Et Chœrilius quidem ita nostri meminuit. staganum.  
Quod autem non solum sciebant Iudeos, sed etiam in quoquot inci-  
derent admirabantur. non è vulgo Gr̄ci: sed ob sapientiam ebr̄s.  
Ostendere facile est. Clearchus enim Aristotelis discipulus, & Peripate- Clearchi A-  
ticorum nulli secundus, in primo libro de somno, dicit Aristotelem. aristotelis dis-  
cipuli de lu-  
doctorem suum, de quodā viro Iudeo ita referre: & ipsi Aristoteli eu-  
dem sermonem ascribit, quod ita conscriptum est. Sed alia quidem dxis testi-  
longum est dicere. Quæ verò habere potuerant illius admirationem monium.  
quandam atque philosophiam, ea duco operæ pretium referre. Et Hy-  
perochides: vehementer, inquit, audire desideramus vniuersi. Igiter  
secundum præcepta, Aristotleles inquit, Rhetorica, eius genus primo  
i. dicabimus, ne reluctemur doctoribus præceptorum. Dic, inquit Hy-  
perochides, ita si placet. tum ille. genere gitur Iudeus erat, è Cœlestia: qui sunt ex propagine Philosophorum Indorum, vocanturque (vt  
aiunt) philosophi, apud Indos Calani, apud Syros autem Iudei nomen.  
accipientes à loco. locus enim ubi habitant, appellatur Iudea. nomen  
verò eorum ciuitatis valde difficile est: vocant enim eam nomine Hier-  
usalem. Is igitur homo multos hospitio recipiens, & de superioribus  
ad maritima descendens, grauissimus erat non solum eloquio, sed etiam animo. Et tunc nobis degentibus apud Asiam, cum diuinus ho-  
mo venisset ad ea loca, confabulari coepit nobiscum, & cum aliis scho-  
lasticis eorum sapientiam tentans, cumque multi eruditorum congre-  
garentur, tradebat potius aliquid eorum quæ habebat. Hæc autem Aristoteles apud Clearchum, & super hæc multa ac mirabilem continentiam  
Iudei viri in cibis & castitatem narrat. Licet autem volentibus hac ex  
ipsius lectione cognoscere. ego enim refugio plus quam decet inserere.  
Clearchus igitur facta digressione, cum aliud propositum haberet, no-  
stri generis ita meminuit. Hecatæus autem Abderita, vir philosophus si-  
mul & circa actiones iudicarius, cum Alexandro Rege nutritus, & cum  
Ptolemaeo Lagi communoratus, non obiter, sed integrum de ipsis Iu- Hecatæus  
dæis conscripti librum. Ex quo volo breuiser quædam eorum quæ ab  
eo sunt dicta percurtere. Sed primitus tempus ostendam. meminit e-  
nimi prælij, quo circa Gazam Ptolemaeus conflixit cum Demetrio, quod  
vndeque coniungit undecimo quidem anno post mortem Alexandri, O-  
lympia de vero septima & decima atque centesima, sicuti refert Castor.

## F L A V I I I O S E P H I

adisciens enim hanc Olympiadem, dicit: Sub hac Ptolemaeus Legi viscit in Gaza prælio Demetrium Antigoni, qui vocabatur Poliorcetes. Alexandrum vero profiterentur universi centesima & quartadecima Olympiade fuisse defunctum. Nam etiam est, quia & secundum illud tempus, & sub Alexandro genus florebat nostrum. Dicit igitur Hecataeus, quia post prælium ad Gazam, Ptolemaeus locorum quæ sunt circa Syriam dominus est effectus. Et multi hominum cognoscentes manus & rebus communicare voluerunt. Quorum unus, inquit, erat Ezechias pontifex Iudeorum: homo autem quidem quasi sexaginta & sex annorum, dignitate vero apud contributes maximus, & animo sapientissimus, potentissimus: d dicendum, & circa eatus sicut nullus alter experies. dicit etiam omnes Sacerdotes Iudeorum qui decimas accipiunt, & unius in communione gubernant, circa mille & quingentos existere. Ruris autem predicti viri faciens mentionem: hic, inquit, homo hunc honorem gerens, & assuetus esse nobiscum, assumens alios quos suorum, differentiam cunctam exposuit: & habitationem suam & conuersationem quam scriptam habebat, pariter indicauit. Deinde palam facit Hecataeus, quales circa leges existimus: & quia omnia lumen, ne transcendamus eas, eligimus: & hoc esse optimum iudicamus. Dicit igitur hoc: Et male sapienter finiti mis audientes, & omnes contumelias passi a Persicis Regibus & satrapis, non possunt mente mutari. Sed cum magna exercitatione, de his præcipue omnibus respondere parati sunt. Verbius autem etiam indicia fortis animi circuluges non parua, dicens, Alexando quondam in Babylone constituto, & volente Be i templum quod corruerat renouare, cunctisque militibus similitet rudera portare præcipiente, solos Iudeos hoc fecerunt sustinuisse: sed etiam multas plagas, & detrimenta perculisse non modica, donec eos ignolcente Rege securitas præberetur. Qui dum ad prouinciam, inquit, propriam reversi fuissent, templo & altaria fabricato omnia destruxere. Et pro aliis quidem multam satrapæ exoluere, pro aliis vero veniam conlecti sunt. Adiicit autem, quod merito ob hac mirabiles sint. Et quod gens nostra fuit multorum hominum numero copiosa: sed multa milia nostrorum traducta, in Babylonia Perse primum collocatunt: nec pauca etiam morte Alexandi in Aegyptum & Phœnicen sunt translata, propter seditionem in Syria factam. Idem vir & magnitudinem prouinciarum quam incolimus, pulchritudinemque narravit. Penè decies trecenta millia, inquit, iugera terrarum optimarum uberrimæ prouinciarum possidere noctuntur. Iudea namque huius est amplitudinis. Et quia etiam ciuitatem ipsam Hierosolymorum spatiolum & maximum olim inhabitavimus, & viorum multicudine copiosam, necnon & templi constructionem, idem ipse sic refert: Sunt autem Iudeorum & alii quidem multæ munitiones per prouinciam, atque vici. Una vero ciuitas munitione, habens præcipue circuitum quinquaginta stadiorum, in qua commorantur hominum circa centum & quinquaginta millia, nomine Hierosolyma. Est autem in media ciuitate lapidea quadriporticus, circuitum per circuitum cubitorum, habens etiam duplices ianuas: in qua arca est quadranguli figurae composta ex lapidibus non delatis sed collectis, unde quodque latus virginis cubitorum latitudinem habens,

Mille & quin  
gena faci-  
dores Iudeo  
rum decimas  
accipiunt.

Iudeorum  
contra Ale-  
xandrum con-  
stantia.

Amplitudo  
Iudeaz.

so. stadia fe-  
tè lex millia  
Juda Germa-  
nica consti-  
tuunt.

altitudi-

Altitudinem verò decem. & circa eam maxima fabrica, vbi altare est constitutum & candelabrum, veraque aurea, duorum talentorum pondus habentia: & inextinguibile lumen noctibus & diebus. Simulacrum verò aut aliquod anathema ibi nequaquam est, nec villa plantatio, nullus ibi veluti lucus, aut aliquid huiusmodi. Habitant autem in eo & noctibus & diebus sacerdotes, quasdam purificationes agentes, & omnino vnum non bibentes in templo. Insuper autem, quia & cum Alexander Regis successoribus postea militarunt, testatur hoc modo, <sup>Sacerdotes  
in tēplo ha-  
bitant, & v-  
nūāō bibūt.</sup> dicens ea quæ cognoverit à viro Iudeo in expeditione constituto: cuius verba subijciam. Ait enim: Me siquidem eunte ad mare rubrum, vna securus est quidam cum aliis equestrium Iudeorum nos deducentium, nomine Mosollamus, vir animosus, inter omnes sagittarios Græcos & Barbaros præcipuus. Is igitur homo properantibus multis pariter, & quodam vase augurium captante, & petente ut cuncti starent, interrogauit, cur substituerent omnes. Ostendente vero civitate auctam quam intuebarur, atque dicente: quod siquidem expediret eis, vt mancres omnes, staret auis: si vero iurgens anterius euolaret, procederent: si vero post tergum ire, recedere cunctos oportet: rursum tacens, arcumque trahens, sagittam emilit; & auem percussam interemit. Indignantibus vero vate & quibusdam aliis, & maledicentibus ei: Quid furitis, inquit, infaustissimam aum sumentes in manus? hæc enim tuam salutem nesciens, de nostro itinere nobis prosperitatem peruit indicare? Si enim præscire futura valuisse, in hunc locum nequaquam venisset, meruens ne sagitta à Mosollamo Iudeo periret. Sed Hecatæti testimonia iam quiescant. facile namque est, volentibus ipsum librum legere, & hæc apertius innenire. Non vero me pigebit Agatharchidem introducere, licet homo minime malus, ut ei visum est, nobis detraxisse videatur. Is enim narrans de Stratonice, quemadmodum venit in Syriae & Macedonia viro suo Demetrio derelicto: Seleuco autem uxorem eam ducere uolente, quod illa sperabat, exercitu eius in Babylonia posito, circa Antiochiam bella mouit. Deinde quomodo reverso Rege Antiochia capta, in Seleuciam illa fugiens, cum posset velocius ab nauigare, somnio prohibita ne saceret, capta atq; defuncta est. Hæc ergo præfatus Agatharchides, & derogans superstitioni Stratonices, utitur e. e. caplo generis nostri, sic scribens: Qui vocantur Iudei, habitant omnium munitionum ciuitatem, quam vocare Hierosolymam prouinciales solent. hi vacate consueti sunt septima die, & neq; arma portare in predictis diebus, neq; terræ culturam contingere, neq; alterius cuiuspiam curam habere patientur, sed in templis extendentes manus, adorare usq; ad vesperam soliti sunt. Ingrediente vero in ciuitatem Ptolemaio Lago cum exercitu & multis hominibus, cum custodire debuerint ciuitatem, eis sultitiam obseruantibus, prouincia quidem dominum suscepit amarissimum: lex vero manifestata est malam habere solennitatem. huiusmodi aut casus, præter illos, alios quoq; docuit universos: ut tunc ad somnia & opiniones quæ tradiebantur de lege cœfugiant, dum circa res necessarias ratio nihil valet humana. Hoc quidem Agatharchidi videtur esse ridiculum: eis aut qui hec examinant integrus, apparet magnum, & præcipua laude dignissimum: si & saluti & patriæ quidem, cultodiam legum pietatemque diuinam proponere concupiscunt. Quod vero non ignorantes quidam conscripторum gentem,

## FLAVII JOSEPHI

**Cur quidam nostram, sed propter inuidiam quasdam ob similes causas memoriam historiografforum omiserunt, hoc indicum me arbitror esse praebitrum. Hierosyphiliusq[ui]orum nymus enim qui de successoribus conscripsit historiam, ipso tempore memnonem q[uo]d Hecatetus fuit: & amicus existens Regis Antigoni, Syrix praecl<sup>er</sup>ebat. Verum Hecatetus etiam librum conscripsit de nobis: Hieronymus autem nequaquam nostri in historia meminit, licet penè in ipsius locis nutrios esset. In tantum voluntates hominum differabant alter nanque dignos existimauit de quibus diligenter memoria praecepit: alterum vero omnino circa veritatem quasdam passio cernitur obscuratio. Sufficiunt tamen ad comprobationem antiquitatis nostrarum, Egyptiorum & Chaldaeorum atque Phoenicum historiarum, & super illas Græcorum pariter conscriptores. nam praeter supradictos, Theophilus etiam, & Theodotus, & Mnaseas, & Ariphanes, & Hermogenes, & Eumenius, & Conon, & Zopyrion. & multi fortasse alij (nō enim ego omnibus libris incubui) non obiter nostri fecere mentionem. Plurimi namque predicatorum virorum, veritate quidem antiquarum rerum frustrati sunt, quia lectioni sacrae nostrorum non incubuerent librorum: communiter tamen de antiquitate testari sunt, pro qua nunc dicere proposui. Phaleteus sane Demetrius, & senior Philon, & Eupolemus, non multum veritate frustrati sunt: quibus dari veniam dignum est. Non enim inerat eis, ut nostras literas possent omni scrupulositate sequi.**

**Postremum  
capitulū cō-  
tū quorun-  
dām deroga-  
tiones & ma-  
ledicta.**

His ita dictis, vnum adhuc mihi capitulum est relictum ex his quæ in principio libri posui, quatenus derogationes & maledicta, quibus vtratur quidam contra genus nostrum, falsas ostendam: & conscriptoribus corum taliis utar, quando consribentes hæc contra semetipios locutii sunt talia. Quod vero multis aliis hoc euenerit propter querundam odiā, arbitror intelligere eos qui in historiis veritati solent. Quidam enim gentium, & gloriissimorum ciuitatum fœdate nobilitatem, & conuersationi detrahere tentauerunt: Theopompus quidem Atheniensium, Lacedamoniorum vero Polycrates. Is autem qui Tripoliticum conscripsit (non enim Theopompus hoc fecit, sicut quidam putant) etiam Thebaorum momordit vibem. Multa vero etiam Timæus in historiis de predictis, & de aliis blasphemauit. Et hoc principue faciunt, quando gloriissimos in aliqua parte columniantur: quidam propter inuidiam atque malevolentiam, alij vero propter verbosam nouitatem memoria le dignos iudicantes. & apud stultos quidem nequaquam hac spe fraudantur, qui non tanum noscuntur habere iudicium: sicut vero auditores eorum malignitatem condemnabunt Blasphemiarum igitur in nos à p[ro]p[ter]e congregatarum huiusmodi causa est. Volentes Egyptiis gratificari quidam, veritatem corrumpere tentauerunt. Et neque aduentum in Egyptum nostrorum progenitorum, sicut contigit, sunt confessi: nec ruris egressum cum veritate dixerunt: multasq[ue] causas odij ac inuidiz pariter habuere. Princípio quidem, quia in eorum regione nostri progenitores potentes effecti sunt: unde regessi ad propria deu[n]o fuisse felices. Deinde sacroru[m] diuesitas, multas inter eos fecit iniurias: in tantum præstantiore nostra pietate quam solennitates illorum, quantu[m] Dei natura animalibus irrationalibus sine dubitatione præstat. Communis namq[ue] apud illos ritus est, ciuicomodo bruta arbitrari Deos: singillatim autem alia colunt, vani ac fatui omnino homines, & ab initio uti his malis opinionibus consueti: & propterea nequaquam imitari.

**Blasphemia  
in inter lu-  
dzos & Eg-  
yptios cau-  
sa.**

**Egyptiorū  
idolatria.**

Altitudinem verò decem. & circa eam maxima fabrica, ubi altare est constitutum & candelabrum, utraque aures, duorum talentorum pondus habentia: & inextinguibile lumen noctibus & diebus. Simulacrum verò aut aliquod blasphemati nequaquam est, nec villa plantatio, nullus ibi veluti lucus, aut aliquid huiusmodi. Habitant autem in eo & noctibus & diebus sacerdotes, quasdam purificationes agentes, & omnino vnum non bibentes in templo. Insuper autem, quia & cum Alexandri Regis successoribus postea militarunt, testatur hoc modo, dicens ea quæ cognoverit à viro Iudeo in expeditione constituto: eius verba subijcam. Ait enim: Me siquidem eum ad mare subsum, vna securus est quidam cum aliis equestrium Iudeorum nos deducentium, nomine Mosollamus, vir animosus, inter omnes sagittarios Græcos & Barbaros præcipuus. Is igitur homo præparantibus multis pariter, & quodam vate augurium capiente, & petente ut cuncti starent, interrogauit, cur substituerent omnes. Ostendente verò ei vate aucti quam intuebatur, atque dicente: quod si quidem expediret eis, ut manerent omnes, staret auis: si verò iurgens anterius euolaret, procederent: si vero post tergum ire, recedere cunctos oportet: rursum tamen arcuque trahens, sagittam emisit: de suem percussam in terrem. Indignantibus verò vate & quibusdam aliis, & maledicentibus ei: Quid furitis, inquit, infaustissimam auctem sumentes in manus? hæc enim tuam salutem negligens, de nostro itinere nobis prosperitatem perdidisse indicate? Si enim præscire futura valuerit, in hunc locum nequaquam venisset, metuens ne sagitta à Mosollamo Iudeo periret. Sed Hecatæ testimonia iam quiescant. facile namque est, volentibus ipsum librum legere, & hæc apertius inuenire. Non verò me pigebit Agatharchidem introducere, licet homo minimè malus, ut ei visum est, nobis detraxisse videatur. Is enim narrans de Stratonice, quemadmodum venit in Syria e Macedonia viro suo Demetrio derelicto: Seleuco autem uxorem eam ducere nolente, quod illa sperabat, exercitu eius in Babylonia posito, circa Antiochiam bella mouit. Deinde quomodo reuerso Rego Antochia capta, in Seleuciam illa fugiens, cum possit velocius ab nauigare, somno prohibita ne faceret, capta atq; defuncta est. Hæc ergo prefatus Agatharchides & derogans superstitioni Stratonices, utitur cœmulo generis nostri, sic scribens: Qui vocantur Iudei, habitant omnium munitissimam ciuitatem, quam vocare Hieropolymam provinciales solent. hi vacare consueti sunt septima die, & neq; arma portare in predictis diebus, neq; terræ culturam contingere, neq; alienius cuiuspiam curam habere patiuntur, sed in templis extendentes manus, adorare vsq; ad vesperam soliti sunt. Ingrediente verò in ciuitatem Ptolæmaio Lago cum exercitu & multis hominibus, cum custodiæ debuerint ciuitatem, eis multitudinem obseruantibus, provincia quidem dominum suscepit amarissimum: lex verò manifestata est malam habere solennitatem. huiusmodi autem casus, præter illos, alios quoq; docuit universos: ut tunc ad somnia & opiniones quæ tradiebantur de lege cōfugiant, dum circa res ecclesiasticas ratio nihil valet humana. Hoc quidem Agatharchidi videtur esse ridiculū: eis aut qui hæc examinant integrum, apparer magnum, & præcipua laude dignissimum: si & saluti & patria quidem, custodiam legum pietatemque diuinam proponere concupiscant. Quod verò non ignorantis quidam conscriptorum gentem.

Sacerdotēs  
in tēplo ha-  
bitant, & v-  
nūō bibūt.

Agatharcī-  
dis de Iudeis  
testimoniū.

Sabbathū  
Iudeorum.

## FLAVII IOSEPHI

**Cur quidam nostram, sed propter inuidiam quasdam ob similes causas memoriam historiogra nostri omiserunt, hoc indicum me arbitror esse probatum. Hierophilus Igitur nymus enim qui de successoribus conscripsit historiam, ipso tempore mentionem q:o Hecatzeus fuit: & amicus existens Regis Antigoni. Syria praeidebat. Verum Hecatzeus etiam librum conscripsit de nobis: Hieronymus autem nequam nostrum in historia meminit, licet penè in ipsis locis nutrius esset. In tantum voluntates hominum differebant alter namque dignos existimauit de quibus diligenter memoriz proderet: alterum vero omnino circa veritatem quasdam passio cernitur obscurasse. Sufficiunt tamen ad comprobationem antiquitatis nostræ, Aegyptiorum & Chaldaeorum atque Phœnicum historiarum, & super illas Graecorum pariter conscriptores, nam præter supradictos, Theophilus etiam, & Thiodotus, & Musæas, & Ariphanes, & Hermogenes, & Eusemus, & Conon, & Zopyrion. & multi fortasse alij (nō enim ego omnibus libris incubui) non obiter nostri fecere mentionem. Plurimi namque prædictorum virorum, veritate quidem antiquarum rerum frustrati sunt, quia lectioni sacra nostrorum non incubuerent librorum: communiter tamen de antiquitate testati sunt, pro qua nunc dicere proposui. Phalereus sancte Demetrius, & senior Philon, & Eusebius, non multum veritate frustrati sunt: quibus dari veniam dignum est. Non enim inerat eis, ut nostras literas possent omni scrupulositate sequi. His ita dictis, unum adhuc mihi capitulum est relatum ex his quæ in principio libri posuit, quatenus derogationes & maledicta, quibus vtratur quidam contra genus nostrum, falsas ostendam: & conscriptoribus eorum certibus utar, quando consribentes hæc contra semetipos locuti sunt talia. Quidam vero multis aliis hoc euenit propter querundam oedia, arbitror intelligere eos qui in historiis veritati solent. Quidam enim gentium, & gloriofissimarum ciuitatum foedare nobilitatem, & conuersationi detrahere tentauere: Theopompus quidem Atheniensium, Lacedæmoniorum vero Polycrates. Is autem qui Tripoliticum conscripsit (non enim Theopompus hoc fecit, sicut quidam putant) etiam Thebaeorum momordit vibem. Multa vero etiam Timæus in historiis de prædictis, & de aliis blasphemauit. Et hoc præcipue faciunt, quando gloriofissimos in aliqua parte calumniantur: quidam propter iniuria atque malevolentiam, alij vero propter verbosam nouitatem memoria le dignos iudicantes. & apud stultos quidem nequam hoc spe fraudantur, qui non tanum noscuntur habere iudicium: sani vero auditores eorum malignitatem condemnabunt. Blasphemiarum igitur in nos sapientiam congregatum huiusmodi causa est. Volentes Aegyptiis gratificari quidam, veritatem corrupte tentauere. Et neque aduentum in Aegyptum nostrorum progenitorum, sicut contigit, sunt confessi: nec rursum egressum cum veritate dixerunt: multasq; causas odij ac inuidiz pariter habuere. Princípio quidem, quia in eorum regione nostri progenitores potentes effecti sunt: unde regessi ad propria deuero fuere felices. Deinde faciunt diuersitas, multas inter eos fecit inimicitias: in tantum præstantiore nostra pietate quam solennitates illorum, quantu Dei natura animalibus irrationalibus sine dubitatione præstat. Communis namq; apud illos ritus est, eiusmodi bruta arbitrari Deos: singillatim autem alia colunt, vani ac fatui omnino homines, & ab initio uti his malis opinionibus consueti: & propter ea nequam imitari.**

**Postremum  
capitulū cō-  
t: quorun-  
c: m deroga-  
tiones & ma-  
ledicta.**

**Blasphemia  
zū inter lu-  
dgos & A-  
gyptios cau-  
sa.**

**Aegyptiorū  
idelosvia.**

imitati nostram honestatem de divina ratione potuere. Videntesque  
multos nostram zelari conuersationem, inuidiam habuere: & ad tam  
facilitatem ac pusillanimitatem quidam perducti sunt, ut non pigeret  
eos etiam contra antiquas suorum scriptiones aliqua dicere. Qui cum  
hoc faciunt, sibi metiplus aduersa conscribere passionem cætitatis ignor-  
uere. In uno tamen & maximo viro verbum meum comprobabo, quo v-  
sus sum ante paululum nostræ antiquitatis teste. Manethon itaque, qui  
Ægyptiacam historiæ ex literis factis se interpretaturum pollicitus est, **Manethon**  
prætatus nostros progenitores cum multis milibus in Ægyptum adue- **Ægyptius**  
nisse, & illic incolas subiugasse: deinde ipse confessus est, quia posteriori **historiegræ-**  
**tempore amittentes eam prouinciam quæ nunc Iudæa vocatur obtinuer- phus.**  
sent: & edificantes Hierosolymam, construxissent tempium. Et hacten-  
conscriptiones fecutus est antiquorum. Deinde usurpans sibi met licen-  
tiam, profellusq; se scribere ea quæ in fabulis vulgaribus feruntur, incre-  
dibilia verba verba de Iudeis inferuit, volens perimere nobis plebem **Manethonis**  
Ægyptiorum leprosorum, aliorumq; languentium, quod, sicut ait, abo- **de Ægyptio-**  
minatione ex Ægypto fuga dilapsi sunt. Amenophin enim Regem ad- **rum lepros-**  
icxit, quod est faltum nomine. Et propterea tempus regni eius nequa- **fabula.**  
quam diffinire præsumpsit, cum aliorum Regum omnes annos perfectè  
protulerit. Hinc itaq; quasdam annexit fabulas, penè oblitus, quod e-  
gressum pastorum ad Hierosolyma ante quingentos decem & octo an-  
nos factū esse protulerat. Theraus enim erat Rex, quando egressi sunt.  
Et ab hoc tempore, Regū qui postea fuere, anni sunt trecenti nonagin-  
ta tres, usq; ad fratres nomine Sethonem, & Hermem: quorum Setho-  
nem quidem Ægyptum, Hermum verò Danauni denominatum dicit:  
quem expellens, inquit, Sethon, regnauit annis quinquaginta & nouēt  
& post hunc senior è filiis Rhampses annis sexaginta sex. Ante tot igitur  
annos egressos ex Ægypto patres nostros confessus, deinde Amenophis  
adijcens Regem, hunc ait & Deorum fuisse contemplatorem, sicut O-  
rum quendam priorum Regum: & implesse desiderium eius sacerdotem  
Amenophis natum ex parte Papio: qui videbatur quasi diuina partici-  
pate natura, secundum sapientiam præscientiamq; futorum. Et dixisse  
Regi hunc cognominem, quod posset videre Deos, si prouinciam à le-  
prosis & alijs maculatis hominibus purgare contenderet. In quo lstatū  
Regem, omnes dicit corpore debiles ex Ægypto congregasse, & fecisse  
multitudinem numero octuaginta millia. Eosq; ad iecções lapidum  
in partem Nili orientalem missile: simul & alios Ægyptios, quibus hoc  
erat iniunctum. Fuisse autem quosdam inter eos etiam cruditorū sacer-  
dotum lepra perfusos ait. Amenophis verò illum sapientem diuinum-  
que virum refert timuisse & erga semetipsum & erga Regem Deorum  
indignationem, qui aperte suaserat eis vim fieri: & dixisse, quoniam au-  
xiliarentur quidam maculatis hominibus, & Ægyptum obtinerent tre-  
decim annis. Et hæc cum non quidem præsumpsisse Regi dicere, sed de  
his hominibus conscriptum reliquisse librum, ac sibi morte consciuisse.  
& propterea Regem in anxietatem maximam peruenisse. Deinde ad  
verbum hæc referit.

Itaque rogatus Rex, ut ad requiem & tutam eorum secesseret ci-  
uitatem, desertam urbem, quæ fuerat pastorum, nomine Auarim, præ-  
buit eis. Est autem hæc ciuitas secundum theologiam antiquam, Typho-

# FLAVII OSSEPHI

**Otariphus  
Dux Auaris.**

**Eiectorum  
contra Egyp-  
tios bellum**

**Egyptiorū  
Rex in Ä-  
thiopian fu-  
git, cumque  
Äthiopian  
Rex hono-  
rifice fusi-  
piz.**

**Otariphus  
postea Mo-  
ses vocatus.**

nis. Postò illi in hanc ingressi, & locum huic ad rebellādum optimum, ducem sibi metit quendam Heliopolitanorū Pontificis Otariphum cōstituere & huic se obedire in omnibus iurauerū: at ille primum quidē eis legem posuit, ut neque Deos adorarent, neque ab animalibus, quæ p̄cipue facta apud Egyp̄tios erant, se penitus abstinuerent: nullique copulatentur nisi cum quibus foedus habere videbantur. Hac autem sentiens, & alia plura, in amē Egyp̄torum consuetudinibus inimica, p̄cepit multo opere muros adūcari ciuitatis: & ad bellū p̄parari contra Amenophis Regem ipse verò assumens secum etiam alios sacerdotes, & inaculatorum quosdam milii. legatos ad paltores: qui videbantur a Thesmone Rege de pulsi ad Hierosolymorum vībem, causas suas & allorum quæ simili fuerant exhortati significans, & pollicens ut patitur contra Egyp̄tum calstratentur: promisitq; eos fore venturos: pri-  
mū qu.d. in in Auaris progenitorum suorum prouinciam, & nce-  
faria populis abundius exhibenda: pugnatores autem opportuno  
tempore & prouinciam facilime subdituros. Illi verò laetitia cumulati,  
omnes alacriter v̄sq; ad ducentā millia virorum pariter sunt egressi: &  
non post multum ad Auaris v̄sq; venere. Amenophis autem Egyp̄tio-  
rum Rex, dum illorū audisset in uationem, non mediocriter percussus  
eit, dum recordaretur quod ei p̄adixerat Amenophis Papī. Et primum  
quidē cōgregans Egyp̄tiacā plebēm, tacto cōsilio cum principi-  
bus eo, um animalia facta, & quæ p̄cipue à sacerdotibus honoraban-  
tur, ante p̄misit: & sacerdotibus particulariter iussit, ut simulacra co-  
sum eūcēlarent. Filium vero Sethonem, qui etiam Ramelles à Rā-  
p̄le partis nomine vocabatur, cū quinque filiis annorum, apud tuum  
commendauit amicum. Ipse verò transiens cum alijs Egyp̄tis, v̄sq; ad  
trecentā millia virorum, bellatoribus viris occurrent, congrēsus no eit.  
Putans enim semetipsum contra Dcū pugnare, retroiēti reuersus  
venit ad Memphis: & sumens Apim & aia lacra, mox in Äthiopiam  
cum viuersis nauibus & multitudine venit Egyp̄torum per gratiam  
namque erat ei subiectus Äthiopum Rex: proper quod iuiciens et  
iam populum viuersum p̄ebuit alimenta hominibus necessaria, quæ  
prouincia ministrabat, & ciuitates ac vicos, qui ad fatā illud tredecim  
annorum exilium sufficerent. Et in Äthiopia quidē hæc gesta sunt.  
Solumq; verò descendentes cum viris polluis Egyp̄tiotum, sic pesti-  
ne hominibus v̄bi sunt, ut eorum victoria esset p̄firma bi, qui tunc co-  
sum impiciates inspiciebant. non tolum etenim ciuitates & vicos con-  
creau re, sacrilegia facientes, & Deorum idola deuastantes, sed etiam  
ipla sacra animalia quæ colebantur crudelissime dilacerant, perem-  
ptores & occisores horum sacerdotes atque prophetas esse cogentes,  
quos etiam expellebant nudos. Dicitur itaque, quod politas & leges eius  
composuit sacerdos quidam genere Heliopolites, nomine Otariphus,  
vocatus ex nomine Osireos Heliopolitanī Dei: qui dum conuersus fui-  
set ad hoc genus, mutauit nomen & vocatus est Moses. Quæ igitur Egyp̄tij de Iudeis ferunt, hæc sunt. Sed & multa breuitatis caula p̄ter-  
eo. Dicit autem rutilus Manethos, quia postea Amenophis ex Äthio-  
pia degressus est cum magna virtute humil & filius eius Rampses, & ipse  
habens magnum exercitum. Et congregati contra pastores atque pollu-  
to, vicernant eos: & multis casis persecuti sunt eos usque ad Syria hinc.  
Hæc quidē & huinsuē Magethon concipiit, Quia vero animalia lo-  
quitur

Quitur delitamenta, atque mentitur, aperta ratione monstrabo: illud **Manetho** primo distinguens, quoj postea referendum est. Is enim concessit nobis, atque professus est, quod ab initio non fuerint **Ægyptij** genere, sed tibi depulsi. extrinsecus illic aduenissent, & **Ægyptum** obtinuerint, & ex ea rursus egressi sint nostri progenitores. quod vero nobis postea permixti non sunt **Ægyptij** corpore debilitati: & quod ex his non fuit Moses, qui populum duxit ex **Ægypto**, sed ante multas generationes extitit, per ea quæ ipse dixit, conabor ostendere. Primam itaque causam posuit signimenti ridiculam. Rex enim, inquit, Amenophis concupit videre Deos. Quos putas? siquidem qui apud eos solennes erant, Bouem & Hircum, & Crocodilos, & Cynocephalos, videbat. cœlestes autem quomodo poterat? & cur hoc habuit desiderium? quia yrq; & prior Rex alter hos visderat? Ab illo ergo audiens, quales essent, & quemadmodum eos vidiisset, noua nequaquam egebat arte. sed forte sapiens erat ille vates, per quem haec Rex posse agere confidebat. quod si ita fuisset, quomodo impossibilium concupiscentiam non praesciuit? non enim euenit quod voluit. Proinde quoniam rationem habere potuit, ut propter inutilos aut leprosos ei inuisibilis essent? Itascuntur enim propter impietas, non propter corporum virtutem. Deinde, tam multa milia leproorum & male habentium, una penè hora quomodo fuit possibile congregati? aut quomodo Rex non obediuit vaci? Ille namque præcepit debiles **Ægyptios** exilio deportari, hic autem eos ad sectiones lapidum detinavit, tanquam operarijs indigens, & non purgate prouinciam-volens. Ait autem quod vates semetipsum peremit, prævidens Deorum iram, & quæ erant in **Ægypto** futara, & conscriptum librum Regi reliquit. Proinde quoniam ab initio vates etiam suum incertum non praesciuit? quoniam non repente Regi contradixit volenti videre Deos? aut quia ratione timebat, iam non sicut temporis calamitates? aut quid nam gravius imminiebat, quod morte præueniret? Quid vero inter omnia stultius est, videamus: Audiens enī hæc, inquit, & de futuris iam metuens, debiles illos quibus **Ægyptum** purgare debuerat, neque Verborum tunc de prouincia pepulit: sed rogantibus eis, sicut ait, ciuitatem de- **Manethonis** dit dudum à pastoribus habitatam: quæ vocabatur **Avaris**. Ad quam repetitio congregati, principem inquit, delegere ex sacerdotibus Heliopolitanis: qui eis legem posuit, ut neque Deos adorarent, neque ab **Ægyptianis** festiuitatis animalibus abstinerent, sed omnia perimerent, atque consumerent, nullique penitus miscerentur, nisi cum quibus contumaci eis videbantur: & interurando multitudine obligari, quatenus in eis legibus perdurarent. Avaris ciuitatem munitam contra Regem dicit eos bello sumpsisse. Adiecit autem, quia misit Hierosolymam rogans illos pro auxilijs exhibendis, & datum Avarim compromittens, quæ foret ex Hierosolymis volentium exire maiorum: & ex qua procedentes omnem **Ægyptum** obtinerent. Deinde subiungit illos quidem venisse cum ducatis milibus armatorum. Regem vero Amenophin **Ægyptiorum**, cum nollet repugnare Deo, mox ad **Ethiopianum** refugisse, & Apim cum alijs sacris animalibus deuexisse. Hierosolymitas vero inuisione facta, & ciuitates depopulatos, & tempora concrematis, & equestres peremisisse reserui: & nulla iniuritate aut crudelitate abstinuisse. Qui vero politiam & leges eis exhibuit, sacerdos, inquit, **Heliopolites**, nomine **Ostapius**, vocatus ab appellatione

Siccos

# FLAVI IOSEPHI

Osiris Heliopolitani Dei : & mutato nomine dictus postea Moses.  
 Tertiodecimo vero anno Amenophis, postquam regno pulsus est, ex  
 Aethiopia profecto cum multis milibus dicitur & congesium contra pa-  
 stores atque pollutos habita conflictione viciisse. & multos interficien-  
 tem, usque ad fines Syriae persecutum. In his iterum non intellexit sine  
 verisimilitudine se mentiri. Leprosi namque, & cum eis multitudo colle-  
 cta debilium, licet primitus irascerentur Regi, circa se utique talia fa-  
 cienti, secundum præmonitionem vatis, tamen cum à sectione lapidū  
 sunt egressi, & prouinciam percepere, omnes circa eum mitiores effecti  
 credendi sunt. Porro si adhuc & illum odio habebant, seorsum magis  
 insidiari potuissent, non omnibus bellum inferre, cum scitum et plurimi  
 existentes multorum illic cognationes haberent. Proinde etiam si con-  
 tra homines pugnare decreuerent, non tamen contra Deos impietatem  
 gerere præsumebant: nec contraria suis agere legibus, in quibus educa-  
 ti esse noscuntur. Oportet itaque nos Manethoni gratias agere: quo-  
 niam huius iniquitatis principes dicit, non eos qui ex Hierosolyma sunt  
 egressi, sed illos ipsos Aegyptios esse probat, & maximè sacerdotes, at-  
 que iuris iurandi vinculum illorum multitudine conuenisse. Illud au-  
 tem quomodo non irrationaliter est? Domesticorum quidem & amico-  
 rum nemo cum illis rebellauit, nec periculorum belli particeps factus  
 est: sed miserè maculatos ad Hierosolymam, ut ab eis auxilia poscerent,  
 quamam amicitia aut societate intercedente? hostes enim magis erant,  
 & moribus plurimum differebant. At illi confessim, ut ait, vocantibus  
 morem gessere, nempe induiti pollicitationibus, quod Aegyptum oc-  
 cupatur essent: quasi ipsi non admodum eius regionis gnari essent, ex  
 qua per vim pulsi fuerant. qui si tum miseram aut egenam vitam egis-  
 sent, meritò fortasse negotium aggressi essent. Cum autem urbem ha-  
 bitarent fortunatam, & agrum amplum meliorem Aegypto colerent,  
 quid tandem erat, cur ob veteres hostes, eosque corporibus affectis, qua-  
 les nemo domesticos ferat, periculum adirent: neque enim futuram  
 Regis fugam præsciebant. nam, ut ipse dixit, filius Amenophis cum tre-  
 centis milibus ad Pclusium occurrebat. & hoc quidem omnino sciebat  
 qui proficicebantur: mutationem vero propositi & fugam unde conie-  
 ctare poterant? Deinde occupatis horreis Aegypti, multa mala fecisse  
 ait Hierosolymitanum exercitum: atque hæc eis exprobavit: quasi non  
 hostes eos induxisset: aut quasi hæc sint aliunde accito militi obijcien-  
 da, cum eadem ante aduentum eorum fecissent, facturoque se iurassent  
 ipsi Aegypti. Quineam aliquanto post Amenophis hostes aggressus  
 Epilogus haec prælio vicit: fulisque ac fugatos Syriam usque persecutus est. adeo scilicet  
 ius partis Iudei Aegyptus est omnibus undeconque inuidentibus capti facilis: & qui  
 dxorum genitum tunc ea iure belli potiebantur, cum sciret Amenophis viuere, neque  
 nus ex Aegypto aditus ab Aethiopia communiquerant, multas ad hoc commodiates ha-  
 bentes, neque alioqui copias contraxerant. Ille vero usque Syriam tru-  
 cidans eos (ut ait) persecutus est per arenosa & inaquosa loca. Scilicet ea  
 vel quieto exercitu transire expeditum est. Igitur autore Manethone  
 neque ex Aegypto genus nostrum oriundum est, neque illine aliqui ad-  
 mixti sunt. Leprosorum enim & morbidorum multos in lapidinis pe-  
 riisse verisimile est, multos in prælijs, plurimos vero postremò & in fu-  
 dicta respon- ga. Superest ut de Mose illi contradicam. Hunc virum mirandum Aegy-  
 ptij & dinum existimat, sed non sine blasphemia incredibili libi  
 vindicare

**Præcedentiū  
depulso.**

Epilogus haec prælio vicit: fulisque ac fugatos Syriam usque persecutus est. adeo scilicet  
 ius partis Iudei Aegyptus est omnibus undeconque inuidentibus capti facilis: & qui  
 dxorum genitum tunc ea iure belli potiebantur, cum sciret Amenophis viuere, neque  
 nus ex Aegypto aditus ab Aethiopia communiquerant, multas ad hoc commodiates ha-  
 bentes, neque alioqui copias contraxerant. Ille vero usque Syriam tru-  
 cidans eos (ut ait) persecutus est per arenosa & inaquosa loca. Scilicet ea

vel quieto exercitu transire expeditum est. Igitur autore Manethone  
 neque ex Aegypto genus nostrum oriundum est, neque illine aliqui ad-  
 mixti sunt. Leprosorum enim & morbidorum multos in lapidinis pe-  
 riisse verisimile est, multos in prælijs, plurimos vero postremò & in fu-  
 dicta respon- ga. Superest ut de Mose illi contradicam. Hunc virum mirandum Aegy-  
 ptij & dinum existimat, sed non sine blasphemia incredibili libi  
 vindicare

Vindicare conantur: dicentes Heliopoliten esse unum sacerdotum, ob Moses leptam cum alijs pulsus. Ostenditur autem in ratione temporum, propositum D<sup>XVIII</sup>. annis prior fuisse, & patres nostros ex Aegypto in regionem fuit. Quam nunc tenemus eduxisse. Quod vero eiusmodi calamitatis corpus expers habuit, ipsius dicta indicant. Leprosis enim & oppidis & viuis interdixit, ut seorsim in lacero vestitu agant: & eum qui eos attigisset, aut sub idem tectum successisset, pro impuro habet. Quin etiam si eo in orbo liberari, & in pristinum restitu contingat, praeferbit certas purificationes, mundationes, & fontanatum aquarum lauacra, & omnium pilorum abrasiones: multisq; & vacuis sacrificiis peractis, tum dominum sanctum urbem adeundam. At qui contra par erat qui tales calamitatibus expertus esset prouidentiam aliquam ac humanitatem exhibere simili in fortunio pressis. Non solum autem de leprosis sic leges tulit, sed ne minima quidem corporis parte mutilatos ad sacerdotum curam admisit. Sed etiam si iam sacerdoti aliquid tale accidisset, honore eum priuauit. Quomodo igitur verisimile est illum has aduersus semetipsum cum opprobrio suo damnoq; tulisse leges? Quin & nomen valde incredibiliter mutauit. Osarsiph enim (inquit) vocabatur. Hoe ad transmutationem nihil quadrat. Verum autem nomen significat ex aqua seruatum Mosen. Nam aquam Aegyptij Moy vocant. Satis igitur Moses declaratum existimo, quod Manethon quatenus veterum scripta sequuntur, non multum à veritate aberrat. Vbi vero ad vulgares fabulas se Aegyptiis avertit, aut absurde eas configit, aut in odium gentis loquentibus crevit. Post hunc inquit libet in Charemonem. Hic enim Aegyptiacā ficit, dictu scibere historiam professus, addens idem nomen Regis quod Manethon. In Charethon. Amenophin. & filium eius Rhamessēn, ait Isidem in somnis Amenophi ap̄paruisse, incusans quod templum suum per bellum di- ratum esset. Phitiphauten vero sacrum scribam dixisse, si pollutis phum. hominibus Aegyptum repurget, liberandum eum à nocturnis terribus: atq; ita delectu vitiosorum morbidorumve habito, CCL. millia è finibus ciecta. Duces vero eorum fuisse scribas Mosen & Iosephum, quem etiam sacrum scribam fuisse: Aegyptia vero eis nomina esse, Moysi Tisithen, Iosepho Petesephi. Hos Pelusium venisse, ibi q; offendisse CCCLXXX. millia, ab Amenophi relata, quæ is in Aegyptum transferre noluerat: cum is icto fœdere contra Aegyptum expeditionem habita. Amenophin autem non expectato impetu eorum, in Aethiopiam fugisse, relata uxore grauida: quam delitescentem in quibusdam spe luncis enixa puerum nomine Messenes. eum posteaquam ad virilem Messenes Aethiopiam peruenisset, expulisse Iudos in Syriam numero circiter ducenta millia, & patrem Amenophin ex Aethiopia recepisse. Et hæc qui filius. Manethonis nitem apparere. Si quid enim veritatis subesserit, impossibile erat in & Charemonum eos discrepare, at qui mendacia componunt, non aliorum scriptis consona scribunt, sed quæ ipsis libet configunt. Ille igitur regiam storiz cupiditatem videndi Deos, ait initium fuisse pollutos eiiciendi. Charemon autem suum de Iside somnum finxit. & ille quidem Amenophin dixit in dixisse Regi purgationem: hic vero Phitiphauten. iam multitudinis numerus sane belle congruit, ille octuaginta millia reffente, hoc ducenta quinquaginta. Præterea Manethon primum in lapidinas eiecos pollutos, deinde ad Asiarum habitandam traductos, ac reliqua

## FLAVI TOSSEPHI

**Manetho-  
ni & Chæ-  
temonis hi-  
storiz dis-  
crepantia.**

**Lysimachus  
mendacij  
arguitur.**

acteliqua Ægypto bello vexata, cum demum acciuisse dicit à Hierosolymitis auxilia: Chætemon, Ægypto decedentes circa Pelusium inuenisse trecenta octuaginta milia hominum ab Amenophi relata, accē illis rursus Ægyptum inuasisse: Amenophinq; in Æthiopiam fugisse. Quod verò egregium est, ne illud quidem quitham & vnde erant tam numerosus exercitus dixit, Ægyptij ne an extermi: neq; causam indi- cauit, ob quam eos Rex in Ægyptum inducere noluit: qui de leprosi & Iside somnium confinxit. Moli verò & Iosephum, quasi eodem tem- pore simul expulsum Chætemon adiunxit, & quidem quatuor statibus ante Mosen defunctum, quarum sunt anni ferè centum septuaginta. Quin & Rhamesses Amenophis filius, secundum Manethonem qui- dem adolescentis bellum administrat cum patre, & cum eodem exulat fuga clausus in Æthiopiam. Hic autem fingit cum post parsabitum in spelunca quadam natum, & postea p̄xib; o victorem, & Iudeos in Syriam expellentem numero circiter CC. milia. O facilitatem, neque enim prius quinam erant illa CCCLXXX. milia dixit, neq; quomodo CLXXX. milia perierint: in acie ne ceciderint, an ad Rhamessē trans- fugerint. quod verò maximè mirum est, ne cognoscere quidem ex eo licet, quosnam vocet Iudeos, vel utris eorum det hanc appellationem: illis ne CCL. millibus leprosorum, an his CCCLXXX. millibus, que cir- ca Pelusium erant. Sed stultum fortasse sit redarguere eos, qui à semet- ipsis redarguti sunt, ferendum enim erat vt cunq;, si ab alijs redarguiti fuissent. His addam Lysimachum, idem quidem habentem cum praedi- catis argumentum mendacij, verūm enormitate figuranti illos vincen- tem, vnde appareret cum magno odio confinxisse. Dicit enim, qua tem- pestate Bocchoris in Ægypto regnabat, populum Iudeorum, quod es- sent lepra, scabie, & alijs quibusdam morbi infecti, ad tempora confu- gisse, ut mendicato alerentur, multis autem hominibus morbo corre- ptis, sterilitatem in Ægypto accidisse. Bocchoris verò Ægyptiorum Regem ad Ammonem, securum oracula de sterilitate misisse, respon- sum verò à Deo, repurganda esse tempora ab hominibus impuris & im- pijs, electis eis è templis in loca deserta. Ceterūm scabiosos ac leprosos mergendos, tanquam sole horum vitam ægre ferente, & tempora expi- anda: atq; ita forte vt terra fructum ferat. Bocchoris autem accepto o- scabiosos ac seculo, accessitq; sacerdotibus ac sacrificis iussisse collectis impuratis, leprosos tu- hos militibus tradi deportandos in desertum: leprosos verò ac impe- dare. ruxta tiginosos plumbeis laminis inuolutos in pelagus deiici, quibus sub- Lysimachi tenuis, reliquos congregatos & in loca deserta expositos esse, vt peri- opinionem rent. eos habito concilio consultasse de scipis: & nocte superuenienti- j; pelagus te, recessis ignibus ac lucernis custodias agitassem: sequentiq; nocte ie- ciendos, irnatum, vt numen propitium eos seruaret. In sequenti verò luce à Mo- aut in loca se quodam consilium datum, irent conferti vna via, vfq; dum ad loca de' citta: ex- culto perueniret, tum præcepisse eum, ne cui in posterum benevoli- p' mendo. essem, vtq; consilium malum potius quam bonum darent: Deorumq; Quando Iu- templo & altaris quotquot inuenirent euerterent, quibus comprobatus sei Indiam ac destinatis, multitudinem iter fecisse per desertum, ac post multa in- occupavint, commoda tandem ad loca culta peruenientum. tum verò & hominibus Ex urbe Hie- iniuriose tractatis, & fanis compilatis ac incensis, venisse in eam qua- z. Polyma x. nunc Iudea dicitur: conditaq; ciuitate hic habitare, vibem verò Hie- discarint. royla, ex re nominatam, aliquando autem post iam aucto. vitibus mu- saisse

Talfe nomen vitandi probri gratia: & vībem Hierosolyma, seipso Hierosolymos vocasse. Hic non eundem quem illi inuenit Regem, sed tacentius nomen confinxit: & omisso somnio ac propheta Agyptio ad Ammonem abiit de impetiginosis & leprosis responsum relatus. ait enim ad templo collectam multitudinem Iudeorum, incertum leprosis ne nomen imponens, an quod solos Iudeos morbus occupabit. dicit enim populus Iudeorum. Qualis, aduena, an indigena? Cur igitur eos cum sint Agypti, Iudeos vocas? Quod si hospites sunt, cur unde nam sint non dicis? Quomodo autem cum Rex tam multis ex his mari interficeret, reliquos in loca deserta cieciisset, tanta multitudo supersuit? aut quomodo pertransierunt desertum, & occupauerunt regionem quam nunc tenemus, & considerunt urbem, & exstruxerunt templum apud Diennes celebre? oportebat autem de legislatore non solum nomen dicere, sed & genus, quisnam. & ex quibus ortus quamobrem vero tales eis inter eundum aggressus sit ferre leges, de Diis, etiam erga homines iniustas. Siue enim Agypti erant genere, non tam facile patios mores mutare potuissent, siue aliunde erant, omnino alias habebant leges longa consuetudine obseruatas. Si igitur de expulsoribus suis intrassent, nunquam te illis fore benevolos, rationem non absurdam habuissent. Quod si bellum interne cinum, aduersus uniuersos mortales suscepserunt, cum essent (vt ipse ait) miseri & opium opis egeni, maxima stultitia non illorum, sed haec singenti ostenditur. Iste namque etiam nomen impositum civitati templorum spoliatione, presumpsit dicere, & hoc postea fuisse mutatum. Mirum ni, quia posseris quidem turpe fuit tale nomen & odiosum: ipsi vero qui fundauere vībem, ornare semetipso etiam vocabulo credidere. Hic autem generosus vir præ nimia detractationis impotentia non intellexit, Hierosolyma non idem voce Iudaica quod Græca significare. Quid ergo amplius quilibet diceret contra mendacium tam impudenter expositum? Sed quoniam congruam iam magnitudinem suscepit hic liber, aliud faciens principium, cetera præsentis operis explanare tentabo.

Opinionis  
Lysimachi  
depulsi.

Contra mē  
dacidum ior  
pudenter  
expositum  
nihil dice  
dum.



FLAVII JOSEPHI  
FLAVII JOSEPHI DE ANTIQUITATE  
IUDÆORVM CONTRA  
*Apionem Alexandrinum, ad*  
*Epaphroditum,*

LIBER II.



Ab Apione  
quædam val-  
de frigida  
conscripta.

Apion de  
Mose & gē-  
te Iudaico.

RIORI quidem volumine, charissime mihi Epaphrodite, de antiquitate nostra monstravi, Phoenicum & Chaldaeorum, & Egyptiorumq; literis satisfaciens veritati: multosque Graecorum conscriptores adducens. & meam è diverso disputationem aduersus Manethonem, & Chæremonem, & alios quosdam exhibui. nunc autem inchoabo reliquos arguere, qui contra nos aliqua conscripserent. Impulsus enim sum contra Apionem respondere grammaticum, si tamen assimi: hoc oportet officium. Horum igitur, quæ ab eo conscripta sunt, alia quidem similia sunt dictis aliorum, alia valde frigida. Plurima vero quantum tammodò detractionem habentia, & multam (ut ita dixerim) in cruditi probationem, tanquam ab ho nino composita, & moribus prauo, & rotius vita: fæc temporibus importuno. Quia vero multi hominum propter stultitiam suam his sermonibus capiuntur, quam illis quæ multo studio conscribuntur: & detractionibus quidem gaudent, præconijs vero mordentur, necessarium duxi ne hunc quidem inscrutatum relinquerem, qui nos tanquam in iudicio criminatur. etenim hoc quoquo plerisq; mortaliū in situū video, vt gaudeat quoties maledicus quispiam ipse sua mala à lacerstro audit. Et quidem nec orationem eius legere facile est, neq; aperte cognoscere quid dicere velit: sed velut in multa tumultuatione ac mendaciorū perplexitate nunc similia supra penitatis de maiorum nostrorum ex Egypto migratione affert: nunc incolas Alexandriæ Iudeos calumniatur: insuperq; de sacris templi nostri ceremonijs atq; alijs ritibus nostris accusationem admiscet. Patres igitur nostros nec Egyptios genere fuisse, neq; ob labem corporum aut sunilem aliam calamitatem inde pueros, non mediocriter solūm. sed penè ultra modum, superius à me declaratum existimo: certe rūm quæ his adiungit Apion, compendio memorabo. Dicit enim in terris rerum Egyptiacarum hæc: Motes, vt acceperā grandioribus natu Egyptijs, Heliopolitanus erat, qui patris institutus moribus, subdignales preccationes ad septa qualia cuitas habebat, reduxit ad subsolam autem omnina conuerterebat. ita enim Heliopolis sita est, pro obeliscis vero statuit columnas, sub quibus ceu pelvis forma exprimebatur: umbra vero iam incuens, vigore per ludum, eundem semper cum sole

sole cursum circumvoluebat. Atq; huiuscmodi est admiranda illa hu- Apionis de-  
ijs grammatici phrasis. Mendacium verò eius non tam nostris verbis Mose & rem  
evidenter coarguitur, quām Moscos operibus: neque enim cum p̄t plo Iudaico  
mūn tabernaculum Deo construeret, aut ipse villam talem formam ei mendacium  
in didit, aut posteros facere præcepit: atq; is qui postea templum Hiero- coarguitur.  
solymis construxit Solomon, omni tali curiositate abstinuit, qualē  
coafinxit Apion. Accepisse autem se dicit à maioribus natu Mosen He-  
liopolitanum: scilicet ipse iunior, sed his fidem habens, qui per aratē  
illum familiariter nouerant. Et de Homero quidem poeta, quamvis  
grammaticus, non posset quānam eius sit patria certò affirmare, neque  
de Pythagora tantum non heri nudiūsue tertius nato: de Mose verò  
tam multis annis illos præcedente tam facile decernit, credens senio-  
rum relationi: unde manifestè illum mentiri appareat. Quin & tempa-  
rum ratio, quibus Mosen ait edoxisse leprosos & excos & claudos, bel-  
lè concinit iuxta grammaticum hunc diligentissimum. Manethon c-  
nim regnante Tethmesi Iudzōs dicit ex Aegypto discessisse annis 393.  
antequam Danaus apud Argos exularet. Lysimachus autem tempore  
Bocchoris Regis, hoc est, ante annos 1700. Molon verò & alij quidam,  
vt cuique visum est. At verò Apion exteris fide dignior, exactè illum  
exitum definiuit septima Olympiade, & huius anno primo: quo, vt ait,  
Poeni Carthaginem considerunt. Carthaginis autem mentionem ad-  
iecit, ratus argumentum id veritatis se habiturum evidenterissimum: nec  
animaduertit à semetipso adductum quo coargueretur. si enim de hac  
colonia monimentis Phœnicum credendum est, in illis Hiram Rex  
traditur antiquior Carthagine condita annis plus quām 150. de quo su-  
perius ex Phœnicum commentarijs probauit, quod Solomoni templi  
Hierosolymitani conditori amicus fuerit, & multa ad templi fabricam  
contulerit. Solomon verò edificauit templum post Iudzorum disces-  
sum ex Aegypto annis 612. Porrò numeruoi pulorum eundem quem  
Lysimachus commentus (ait enim too. & 10. eorum fuisse millia) mi-  
ram quandam & credibilem reddit causam, cur sabbatum nominatum  
sit. Ex a&o caim (inquit) sex dierum itinere, inguinum vlecribus affe-  
cti sunt: & hæc de causa septima die quietuerunt: incolumes constitu-  
ti in regione quæ nunc Iudea vocatur. & appellauerunt eam diem sab-  
batum, seruata Aegyptiorum voce. nam inguinis morbum Aegypti voca-  
cent sabbatism. An non igitur vel deridenda hæc nugacitas, vel con-  
trà odio habenda talis in scribendo impudentia? Apparet enim quod Inguinis  
omnes inguinibus laborauerint, hominum millia centum & decem. morbum Aegypti  
Atquisi erant exaci & claudi & morbidi, quales fuisse Apion ait, ne v. gypsi sabbatū  
nius quidem dici iter progreedi potuissent: sī autem poterant per ma-  
gnam solitudinem proficiisci, p̄tereaq; ubi obstantes vincere popu-  
lariter repugnando, nequaquam vniuersi post sextam diem inguinum  
morbō correpti fuissent. Neq; enim naturaliter tale quipiam evenire  
iter agentibus necesse est, sed plurimorum millium exercitus definita  
semper itinera peragunt: neque temere ita accidisse verisimile vide-  
tur. est enim omnino absurdum. At verò mirificus hic Apion sex qui- Depulsio sibi  
dem diebus eos peruenisse in Iudeam prædixit: rursus aut Mosen con- menti Apion  
scenso mōte, qui Aegyptum inter & Arabiam situs est, nomine Sinaeus, nis de sex  
quadraginta diebus delituisse dicit, indeq; descendenter Iudeis leges dicere iu-  
dicasse. atqui quomodo possibile est, eosdem & quadraginta dies in de- nere.

Temporar  
ratio apud  
historiogra  
phos in equa  
lis.

Hirami & Sa  
lomonis a-  
amicitia, de  
qua supra li-  
I. contra A-  
pionem in  
principio.

Inguinis  
morbum Aegypti sabbatū  
toūm vocat.

## FLA VII IO S E P H I

Certo ac in quo loco manere, & quod in medio spatium est, id totum sex diebus pertransire? Sabbathi vero appellationis grammatica ratio, quam adserit, multum impudentiam praese fert, vel certe magnam imperitiam. Nam haec voces Sabbo & Sabbathum, inter se maxime differunt. Sabbathum enim secundum Iudeos quies est ab omni opere. Sabbo vero, ut ille affirmit, Aegyptiis inguinum mortuum significat. Tales qualia Apion verâ pars & genitrix deinde nuditates finxit, prius etiam aliorum commentus autoritatem. Et quid minus iuuâ ab rure si de nostris mentitur patribus: quandoquidem de se ipso contamens: & natus in Oasi Aegypti, primas iste Aegyptiorum existimat, veram quidem patriam & genus suum abiurauit: Alexandrinum autem se mentitus, confituit generis sui prauitatem. Merito igitur quos edit & conuijts insestatur, eos Aegyptios appellat. nisi enim pessimos esse existimaret Aegyptios, semet ex eorum genere haud eximeret: quandoquidem qui se de celebritate patriæ iactant, honorificum quidem docunt ab eo denominari, coarguunt vero eos, qui præter ius in eandem sese ingeneri conantur. Erga nos autem alterutro modo affecti sunt Aegypti: aut enim ceu gloriabundi cognatos se simulant, aut participes nos infamia sua ceoptant. At præclarus iste Apion videtur contumeliam nostrum intencionem, quasi mercedem voluisse reddere Alexandria, pro data fibi ciuitate: Iceniisque eorum cum habitatoribus Alexandriæ Iudeis simultarem, proposuit quidem illis concilium facere, una tamen comprehendit reliquos quoque viuens, utrobiusq; impudenter mentiens. Videamus igitur, quoniam sint illa grauia & non ferenda, de quibus habitatores Alexandriae Iudeos accusat. Venientes, inquit, è Syria, sedes fixerunt ad importuosum mare, vndarum vicini assultibus. Ergo si locus opprobrium habet non quidem patriæ sua, sed tamquam patriam dicit, Alexandriae conciliatur. Illius enim & maritima ora pars est, ut omnes confirmant ad inhabitandum optimam: quam si Iudei per vim occupauerunt, ita ut ne post quidem eijerentur, fortitudinis eorum argumentum est. Verum Alexandeis eis locum ad incolendum dedit, & parem cum ipsis à Macedonibus honorem consecuti sunt. Nescio autem quid dictus fuit Apion, si circa Necropolim habitassent, ac non circa Regiam sedes posuissent, & hodie quoque eorum tribus appellatet Macedones. Igitur si legit epistolas Alexandi Regis, Ptolemæi, Lagi ac successorum illius Aegyptii Regum, & coluerit stantem Alexandriae iura & libertates Iudeorum, ac iura continentem quæ Cæsar magnus Iudeis concessit: hæc, inquam, si sciens, contraria scribere ausus est, malus erat: sin autem nihil horum rum. nouit, indoctus. Illud quoque, quod se miseri dicit, quod cù Iudei essent, Alexandrinis vocati sunt, similis inscientia est. Omnes etenim qui ad coloniam aliquam duocantur, eis plurimum ab alterutris genere differant, à conditoribus appellationem accipiunt. Et quid opus est de alijs dicere: nostrorum enim ipsorum hi, qui Antiochiam inhabitat, Antiocheni nominantur. Ius enim ciuium eis dedit conditor Seleucus. Similiter & qui in Ephelo commorantur, & alia Ionia cum ciuibus exinde natu eandem appellationem habent, hæc præbentibus eis regni successoribus Romanorum verò clementia, cunctis non parvulum donum appellationis sua concessit, nō solum viris singulis, sed etiam n.azimis gentibus in communione. Hispani denique antiqui, & Tyrrheni, & Sabini, Romani vocantur. Si vero hunc medium auferit communis ciuitatis Apion

Apion contumeliam Iudeorum in secessione, & quod in eandem Alexan redde voluisse videatur.

Alexandria pars ora maritima.

Jura & libertates Iudeorum.

Apion definat se met ipsum Alexandrinum dicere. Natus enim in iuria Aegypto, quomodo erit Alexandrinus, iure ciuitatis, sicut ipse in nobis dicit, ab eo cum totis Aegyptiis nunc orbis dominii Romani, particeps cuiuslibet ciuitatis interdixisse videantur. Hic autem præclarus oignates quas ipse impetrare prohibetur ad ipsi non valens, calumniari conatur eos qui haec iustissime percepere. Non enim proprius inopia habitatorum ciuitatis quam studiose edificabat Alexander, nosterum aliquos ibi collegit: sed omnes approbans diligenter ex virtute, ac fide dignos inueniens hoc præconium nostris exhibuit, cum gentem nostram studeret non mediocriter honorare. Ait enim Herodotus, quia propter mansuetudinem atque fidem, quam ei præbueret Iudei, Samariam regionem adiecit, ut eam sine tributis haberet. Similiter quoque sensit post Alexandrum etiam Ptolemaeus Lagi de Iudeis in Alexandria co-nmorantibus. Nam Aegyptiaca eis castra communis arbitratus fuit Lagi.

1. Ptolemaeus Lagi.

de simul eorum & fortitudine conseruanda: & in Cyrene credens se tutissime regnaturum, & in alijs Libycæ ciuitatibus, ad ea loca partem ludorum habitandi causa direxit. Post hunc autem Ptolemaeus, qui Philadelphicus est appellatus, non solum si qui fuere captiui apud eos nostorum, omnes absoluunt, sed pecunias eis sapientius cōdonauit: & (quod maximum est) desiderauit agnoscere nostras leges, & sacrarum scripturarum voluntaria concepiuit: misitque rogans destinari viros qui ei interpretarentur legem: & ut haec apprime conscriberentur, diligentia hanc commisit noui quibuscunq; viris, sed Demetrium Philereum, & Andream, & Aristonem, quorum eruditione sui secuti Demetrius facile princeps erat, alij vero habebant custodiam corporis sibi creditam, huic curæ præfecit. Non enim leges, & patrum uotuum philosophiam dicere concupisceret, si his vires despiceret & non potius valde miraretur. Apion autem pene omnes in ordine successores eius Macedonum Reges ignorauit habuisse erga nos præcipuum familiaritatis affectum. Teritus namque Ptolemaeus, qui vocatur Euctgenes, fortiter obtinens Syriam vniuerlam, non Dijs Aegyptiacis pro victoria solennitates gratificas immolauit: sed veniens ad Hierosolymam, multas hostias sicut nostri moris est, Deo sacrificauit, dignissimaque d. cauit ornamenta vestitæ. Philometor autem Ptolemaeus, & eius uxor Cleopatra, omne regnum commisere Iudeis: & duces totius fuere militia Onias & unus Philometheus Iudei: quorum nominibus derogat Apion, cum debuisset operari corum potius mirari, & gratios agere, quoniam liberauere Alexandriam, cuius cuius videri vult. Nam dum rebellio surrexisset in Cleopatra regno, & periculum pessimum perditionis instaret, istorum labore ciuitas intellensis prælijs est erepta. Sed postea, inquit, Onias ad eisdem deduxit exercitum patrum, cum esset illuc Thermus presens Romanorum legatus: quod (ut ita dicam) recte atque iuste factum est. Ptolemaeus enim, qui cognominatus est Physcon, moriente suo patre Ptolemaeo Philometore, egreditus est de Cyrene, volens Reginam Cleopatram expellere, & filios Regis, ut ipse regnum iniuste sisimet applicaret: propter haec ergo Onias aduersus eum bellum pro Cleopatra suscepit: & fidem quam habuit circa Reges, nequaquam in necessitate Physcon deterruit. Testis autem Deus iustitiae eius manifestus apparuit. Nam in Iudeos Physcon Ptolemaeus cum aduersum exercitum quidem Oniaz pugnare grassus defligeret, omnes vero Iudeos in ciuitate positos cum filiis & uxoris.

2. Ptolemaeus Philadelphus.

Septuaginta interpretes.

3. Ptolemaeus Euctgenes.

4. Ptolemaeus Philometor.

5. Ptolemaeus Physcon.

## FLA V I I I O S E P H I

ribus capiens nudos atque vinclatos elephantis subieccisset, ut ab eis adculcati deficerent, & ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium quod præparaverat, eueneret. Elephanti enim relinquentes sibi appositos Iudeos, impetu facto super amicos eius, multos ex ipsis interemerere. Et post hæc Ptolemaeus quidem aspectum terribilem contemplatus est, prohibeniem se ut illis noceret hominibus. Concubina vero sua charissima, quam alij quidem Ithacam, alij verò Hirrenem de-nominant, supplicante ne tantam impietatem perageret, & conces-sit, & ex his quod egerat vel acturus erat, pœnitentiam egit. Unde rectè hanc diem Iudei Alexandriae constituti, eo quod aperie à Deo salutem prometuerunt, celebrare noscuntur. Apion autem omnium calumniator, etiam propter bellum aduersus Physiconem gestum, Iudeos accusare præsumpsit, cum eos laudare debuerit. Is autem etiam victimæ Cleopatrae Reginæ Alexandrinorum meminit, veluti nobis improprias, quoniam circa nos fuit ingrata: & non potius illam redarguere studuit, cui nihil omnino iniustizæ & malorum operum defuit: vel circa generis necessarios, vel circa maritos suos, qui etiam dilexerint eam, vel in cō-muni contra Romanos omnes, & benefactores suos imperatores: quod etiam tororem Arsinoen occidit in templo, nihil sibi nocentem. Peregit autem & fratrem in lidijs: paternosq; Deos, & sepultra progenitorum depopulata est. Percipiensq; regnum à primo Cæsare, eius filio & successori rebellare præsumpsit. Antoniumq; corrumpens amatorijs rebus, & patriæ inimicum fecit. & infidelem circa suos amicos instituit, alios quidem genere regali spolians, alios autem demens ad mala gerenda compellens. Sed quid oportet amplius dici, cum illum ipsum in nauili certamine relinquens, id est, matutum & parentem communium filiorum, tradere cum exercitu principatum, & se sequi coegerit? Nouissime vero Alexandria à Cæsare capta, ad hoc usq; perducta est, ut iam hinc sperare se iudicaret, si posset ipsa manu sua Iudeos perire: eo quod circa omnes crudelis & infidelis extaret. Putasne gloriandum nobis non esse, si quemadmodum dicit Apion, famis tempore Iudeis triticum non est mensa? Sed illa quidem pœnam subiit competenter. Nos autem maximo Cæsare uitimur teste auxili, atq; fidei quam ci:ca eum contra Ægyptios gessimus: necon & senatu eiusq; consultis, & epistolis Cæsaris Augusti, quibus nostra merita comprobantur. Has literas Apionem oportebat inspicere, & secundum genera examinare testimonia sub Alexandro fasta, & omnib. Ptolemais, & quæ à senatu cōstituta sunt, necon & maximis Romanis imperatoribus. Si vero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est stetilitatis ac penuriaz frumentorum, non accusatio Iudeorum. Quid enim sentiant omnes imperatores de Iudeis

Iudei fidem in Alexandria commorantibus, palam est, nam administratio tritici nicensi oīm à Re hilo magis ab eis, quam ab alijs Alexandrinis translata est. Maximā vē-gibus datam iē eis fidem oīm à Regibus datam conservauere, id est, fluminis custo-diam, totiusq; custodiaz, nequaquam his rebus indignos esse iudicantes.

Sed super hoc: quomodo ergo, inquit, si sunt ciues, eosdē Deos, quos A-  
-Ægypti; be- lexandrini, nō colunt? Cui respondeo. Quomodo etiā cū vos fitis Ægypti-  
-stas naturæ tij, inter alterutros prælio magno & sine fœdere de religione cōtendi-  
-repugnat- tis? aut certè propterea non vos omnes dicimus Ægyptios, & neq; cō-  
-tes colant. muniter homines, quoniā bestias aduersantes naturæ colitis, multa di-  
-ligentia

ligentia nutrientes? cum genus viisque nostrorum unum atq; idem esse  
 videatur. Si autem in vobis Aegyptiis tantæ differētia opinionum sunt,  
 quid miraris super his, qui aliunde in Alexandriam aducerunt. Si legi- Discordia in  
bus à principio constitutis, circa talia permanescet? Is autem seditionis  
causas nobis apponit: qui si cum veritate ob hoc accusat Iudeos in Ale-  
xandria constitutos, cur omnes non culpare possit, eo quod noscamus  
habere concordiam? Porro etiam seditionis autores, quilibet inne-  
niet Apioni similes Alexandrinorum fuisse ciues. Vnde enim Græci Seditionis  
fuere & Macedones hanc civitatem habentes, nullam seditionem ad- niū Alexan-  
versus nos gessere, sed antiquis cessere solennitatibus. Cum verò mul-  
titudo Aegyptiorum crevisset inter eos, propter confusiones tempo-  
rum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrum verò genus per-  
mansit purum. Ipsi igitur molestia huius fuere principium, nequa Depulsio ar-  
quam populo Macedonicam habente constantiam, neque prudentiam gubernanti A-  
græcam: sed cunctis scilicet utentibus malis moribus Aegyptiorum, pionis, Iudæ  
& antiquas inimicitias aduersum nos exercentibus. E diuerto namque os sedicio-  
factum est quod nobis improperare presumunt. nam cum plurimi eorum Alexan-  
driam non opportunè ius eius civitatis obtineant, peregrinos vocant eos dix causam  
qui hoc priuilegium ad omnes impetrasse noscuntur. Nam Aegyptiis extitit.  
neque Regum quisquam videtur ius ciuitatis fuisse largitus: neq; nunc  
quilibet imperatorum. Nos autem Alexander quidem introduxit, Re-  
ges autem auxere, Romani verò semper custodire dignati sunt. Itaque  
derogare nobis Apion voluit, quia imperatorum non statuamus ima-  
gines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut detensione Apionis indi-  
gentibus: cum potius debuerit admirari magnanimitatem in modestiam  
que Romanorum, quoniam subiectos non cogunt patris iura transcen- Romanorū  
dere: sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes plenariaque legiti erga Iudeos  
num est. Non enim honoribus gratiam habent, qui ex necessitate & magnanimi  
violentia conferuntur. Græcis itaque & aliis quibusdam, bonum esse tas.  
reditur imagines instituere. Denique & patrum & uxorum filiorum  
que figuras depingentes exultant, quidam verò etiam nihil ubi com-  
petentium sumunt imagines. alij verò & seruos diligentes, hoc faciunt.  
Quid ergo mirum est, i. etiam principibus ac dominis hunc honorum  
præbere videantur? Porro autem legislator, non quasi prophetans Ro-  
manorum potentiam non honorandam, sed tanquam causam ne-  
que Deo neque hominibus utilitem despiciens, & quoniam totius ani- Iudei prot-  
nuati, multo magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, interdixit i- sus nullas i-  
magines fabricare. aliis autem honoribus post Deum colendos nō pro- magines fe-  
hibuit viros bonos, quibus nos & imperatores & populum Rom. digni-  
tatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia: & non Quomodo  
solum quotidianis diebus ex impena communis omnium Iudeorum Imperato-  
talia celebramus: verum cum nullas al. as hostias ex communis, neq; pro res & magi-  
filiis peragamus, solis imperatoribus hunc honorum præcipuum pari- stratus co-  
ter exhibemus. quæ hominum nulli persoluimus. Hæc itaque com lendi.  
muniter satisfactio posita sit aduersus Apionem pro his quæ de Alexan- Mendacij à  
dria dicta sunt. Admiror autem etiam eos, qui ei huiusmodi somitem Posidonio &  
præbuere, id est, Posidonium & Apollonium Molonis: quoniam accu- Apollonio  
sant quidem nos, quare nos eosdem Deos cum aliis non colimus: inen in Iudeos cō-  
tientes autem pariter, & de nostro templo blasphemias componentes ficti reie-  
uncongruas, non se putant impie agere: cum sit valde turpisimum libe & tio.

## FLAVII OS EPHI

ris, qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud conatos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacerdos Apion presumpsit edicere, atini caput collocasse Iudeos, & cum colere, ac dignum facere tanta religione: & hoc affirmat tuisse de palatum, dum Antiochus Epiphanes & expoliasset templum, & illud caput inuenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum. Ad hoc igitur primum quidem respodeo, quoniam Aegyptius vel si aliquid tale apud nos fuisset, neququam debuerat increpare, cum non sit deterior asinus furonibus & hircis & aliis, qui sunt apud eos Dii. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatus de incredibili suo mendacio Legibus namque semper viuunt illicem, in quibus sine fine consistimus. Et cum varijs casus nostram civitatem, sicut etiam aliorum vexauerint, & Theos ac Pompeius Magnus, ac Licinius Crassus, & ad nouissimum Titus Caesar, bello vincentes obtinuerint templum, nihil huiusmodi illic inuenire: sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia vero Antiochus neq; instam fecit templi depravationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, cum non esset hostis, & socios insuper nos suos & amicos aggreditus est, nec aliquid dignum derisione illic inuenit, multi & digni confitentes super hoc quoq; iestantur: Polybius Megapolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, & Castor chronographus, & Apollodorus: qui omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum transuersum toedera Iudeorum, & spoliasset tempium auro argentoque plenum. Hac igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, & impudentiam canis, qui ad ipsos assulet colit: neque enim extrinsecus alia ratione munitus est. Nos itaque asini neque honorem neq; potestatem aliquam damus, sicut Aegyptij crocodilis & aspidibus: quando eos qui ab istis mordentur, & a crocodilis rapiuntur, felices & Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibi met imposita sustinentes. Et si ad areas accedentes comedant, aut propria non adimplent, multas valde plegas accipiunt, quippe operibus & ad agriculturam rebus necessariis ministrantes. sed aut omnium crudissimus fuit Apion ad componendum verba fallacia, aut certe ex rebus initis sumens, hac implere non valuit, quando nulla potest contra nos blasphemia prouenire. Alteram vero fabulam, derogationem nostra plenam, de Gracis appoluit: de quo hoc dicere sat erit, quoniam qui de pietate loqui primum, oportet eos non ignorare minus esse immundum per tempora transire, quam sacerdotibus iceleste verba conseruare. Isti vero magis studuere defendere sacrilegium Regis, quam iusta & veracia de nostris & de templo conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari & perfidiam ac sacrilegium eius regere, quo circa gentem nostram est vius propter egestatem pecuniarum, detrahentes nobis etiam quæ in futuris esent, mentiti sunt. Propheta vero alienum factus est Apion, & dixit Antiochum in templo inuenisse lectum, & hominem in eo iacentem, & apposita ei mensulam maritimis terrinisque volatilium dapibus plenam, & quod obstuisset his homo. Illum vero mox adorante Regis ingressum, tanquam maximum sibi operum probitum: ac procidentem ad eius genua, extensa dextera poposcisse libertatem: & iubente Rege ut consideret, & diceret quis esset, vel cur ibidem habitaret, vel quæ esset causa ciborum eius, tunc hominem cum

Respoſio ad  
obiectionē  
de asini ca-  
pue.

Asini apud  
Iudeos ali-  
osq; sapien-  
tes viros qui  
dicantur.

Historiogra-  
phi quidam  
perfidiam ac  
sacrilegium  
Antiochi te-  
gere conan-  
tur.

Cum gemitu & lachrymis lamentabiliter suam narrasse necessitatem.  
Ait, inquit, esse se Graecum: & dum peragraret prouinciam parandi vi-  
etus cauia, corruptum se subito ab alienigenis hominibus, atque dedu-  
ctam ad templum, & inclusum illic, & a nullo conspicari, sed cuncta da-  
pium apparatione saginari. Et prium quidem haec sibi inopinabilia  
beneficia visa attrulisse latitiam: deinde tulpcionem, postea stuporem:  
postremum consilientem a ministris ad se accedentibus audisse legem  
ineffabilem Iudorum pro qua nutritur: & hoc illos facere singulis  
annis quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem Gra-  
cum peregrinum, eumq; annuo tempore saginare, & deductu ad qua-  
dam syluam, occidere quidem eum hominem, eiusq; corpus sacrificare  
secundum suas solennitates, & gustare ex eius viscib; & iusfirandu  
facere in immolatione Graeci, ut inimicitias contra Graecos haberent:  
& tunc in quandam foueam reliqua hominis pereuntis abiijere. Dein-  
de refert eum dixisse, paucos iam dies debitos sibi met sapesset, atque  
rogasse, vt reueritus Graecorum Deos, & superans in suo sanguine iau-  
dias Iudorum, de malis eum circumstantibus liberaret. Huiusmodi er-  
go fabula non tantum omni tragedia plenissima est, sed etiam crudeli  
impudentia redundat. Non tamen a sacrilegio priuat Antiochum, sicut  
arbitrati sunt, qui haec ad illius gratiam conscripsere. Non enim pre-  
sumpsit aliquid tale, vt ad templum accederet: sed sic inuenit non spe-  
rans. Fuit ergo voluntatibus iniquis impius, & nihilominus sine Deo,  
quicquid iussit mendaci superfluitas, quam ex ipso re cognoscere valde  
facilius est. Non enim circa solos Graecos discordia legum esse digno-  
scitur, sed maximè aduersus Aegyptios & plurimos alios. Cuius enī  
regionis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari: vt ad-  
uersus solos Graecos renouata coniuratione per effusionem sanguinis  
ageremus: vel quomodo possibile est, vt ad hostias omnes Iudei collige-  
rentur, & tantis milibus ad gustandum viscera illa sufficerent, sicut ait  
Apion i vel cur inuentum hominem quicunque fuit (nomen enim suo  
nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam Rex non cum  
pompa deduxit: dum posset hoc faciens, ipse quidem putari pius, &  
Graecorum amator eximus, assumere vero contra Iudorum odium  
auxilia magna cunctorum. Sed haec relinquo: insensatos enim, non ver-  
bis, sed operibus decet arguere. Sciunt igitur omnes, qui videre constru-  
ctionem templi nostri, qualis fuerit, & intransgressibilem eius purifica-  
tionis integratatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, & harū porticus de-  
singulæ propriam secundum legem habuere custodiam. In exteriorem scriptio.  
itaq; ingredi licetia fuit omnibus etiam alienigenis: mulieres tantum  
modo menstruatz transire prohibebantur. In secundam vero porticum  
cuncti Iudei ingrediebantur: eorumq; coitages cum essent ab omni pol-  
lutione mundæ. In tertiam, masculi Iudorum mundi existentes etq; pu-  
tificari. In quartam autem sacerdotes, stolis induiti sacerdotibus. In ady-  
tum vero sunt principes sacerdotum, propria stola circummissi. Tan-  
ta vero est circa omnia prouidentia pietatis, vt secundum quasdam  
horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Mane etenim aperio templo  
eportebat facientes traditas hostias introire: & meridiie rufus, dum  
clauderetur templu. deniq; ne vasquidem aliquod portari liceat in tem-  
plum, sed erant in eo solummodo posita, altare, mensa, thuribulū, can-  
delabrum, quæ omnia & in lege conseripta sunt. Etenim nihil amplius

Judeos quo-  
tannishem  
nein Graecū  
imtaolare  
debere.

## FLAVI IOSEPHI

**Quæ in tem-** neque misteriorum aliquorum ineffabilium agitur, neque intus villa e-  
**plo posita** pulatio administratur. Hæc enim quæ praedicta sunt, habent totius po-  
**fuerint.** puli testimonium manifestum, rationemq; gestorum. Licet enim sint  
tribus quatuor sacerdotum, & harum tribuum singula habeant homi-  
num plus quam quinq; millia, sit tamen observatio particulariter per  
dies certos: & his transactis, alij succedentes ad sacrificia veniunt: & con-  
gregati in templum mediante die à precedentibus claves templi & ad  
numerū omnia vasā percipiunt, nulla re quæ ad cibum aut potum atti-  
neat in templum delata. Talia namq; etiam ad altaria offerre prohibi-  
tum est, præter illa quæ ad sacrificia preparantur. Quid ergo Apionem  
dicimus, nihil horū examinantem, verba incredula protulisse? Sed tur-  
pe est, historiæ veram notitiam si professe grammaticus non possit. Et  
sciens templi nostræ pietatem, hanc quidem prætermisit. Hominis aut  
Græci cōprehensionem finxit, & pabulum ineffabile, & ciborum opulen-  
tissimam claritatem: & perios ingredientes, vbi nec nobilissimos lu-  
dzorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Hæc ergo pessima est im-  
pietas, atq; mendacium spontaneum, ad eorum seductionem, qui no-  
nuerunt discutere veritatem. Per ea siquidem mala ineffabilia, quæ pre-  
dicta sunt, nobis detrahere tētauere. Rursusq; tanquam piissimus de-  
ridet, adjiciens fabulæ inania facta. Ait enim illum retulisse, dum bellū  
Iudæi contra Idumæos haberent longo quodā tempore, ex aliqua ciui-  
tate Idumæorū qui in ea Apollinem colebat venisse ad Iudæos, cuius ho-  
minis nomen dicitur Zabidus: deinde eis promisso traditum le eis  
Apollinem Deum Dorensium: venturumq; illum ad nostrum templū,  
si omnes ascenderent, & adducerent omnem multitudinem Idumæorū.  
Zabidum verò fecisse quoddam machinamentum ligneum, & circum-  
posuisse sibi, & in eo tres ordines infixisse lucernarum, & ita ambulasse,  
ut procul stantibus appareret, quasi stella per terram iter agens. Porro  
Iudæos inopinabili visione obstuuisse, & longè constitutos tenuisse si-  
lentium. Zabidum verò multa quiete ad templum venisse, & aureū de-  
traxisse asini caput (sic enim urbane conscribit) & rursus Doram velo-  
citer aduenisse. Igitur & nos dicere possumus, quia asinum, hoc est se-  
metipsum Apion grauat, & facit stultitia simul & mendaciis oneratum.  
Loca namque quæ non sunt, conscribit: & ciuitates nefciens transfert.  
Idumæa enim prouincia nostra confinis est, posita iuxta Gazā, & nulla

**Alla Apio-**  
**nis de Zabi-**  
**de fabula.**

**Dora Phœ-**  
**nice ciui-**  
**tas, & non**  
**Idumæa.**

**Ianua tem-**  
**pli.**

ciuitas huius Dora nuncupatur. In Phœnicie verò iuxta montem Car-  
melum Dora ciuitas appellatur, in nullo concordans Apionis oblocu-  
tionibus. Quatuor enim dicrum itinere procul est à Iudæa. Cur itaque  
nos rursus acculat, eo quod non habeamus cōmunes cum aliis Deos, si  
sic facile credidere patres nostri ad se venturum Apollinem, & cū stel-  
lis eum ambulare super terram putauere? Lucernam enim prius nun-  
quam videre scilicet, qui tot & tanta concelebrant candelabra. Sed nec  
aliquis ciambulanti per prouinciam ex tantis millibus obuiavit. De-  
solatos etiā vicos custodibus cōperit, & hoc tempore belli. Cætera iam  
relinquo. Ianuz verò templi altitudine quidem erant cubitorū LX, la-  
titudine verò XX, omnes deauratae, & pene auro puro cōfectæ. Has clau-  
debant non minus quam viri ducenti diebus singulis: & relinquere eas  
spertas, nefandum nimis erat. facile igitur eas lucernifer ille aperuisse  
creditur, qui solus etiam habuisse asini caput stimulabatur: quapropter  
dubium est, viagm hoc caput Zabidus denuò revocauit: an certè sumēs  
Apion,

Apion, introduxit in templum, ut Antiochus inueniret, ut secundo A-  
Mendacij de  
pioni aliquam mentiendi daret occasionem. Mentitur autem & de iura-  
mento, quod juremus per Deum factorem cœli & terræ & maris, nulli depulso.  
Iudeos tamen alienigenæ, & maxime Græcis. Oportebat autem men-  
tientem absolute dicere, nulli futuros alienigenæ, & magis Ægyptijs:  
sic etenim ab initio poterant eius figurae de iure iurando congruere,  
si ab Ægyptijs vtiq; patres nostri non propter iniquitatem suam, sed  
propter calamitates expulsi sunt. A Græcis autem plus locis quam stu-  
dij sumus abiuncti, ita ut nulla inter nos & illos inimicitiae & exmula-  
tiones esse noscantur. E diverso namq; multis eorum ad nostras leges  
contigit accessisse, quorum quidam permanere, quidam verò perdura-  
te non ferentes, de quo recessere. Hoc tamen insursum non quam se  
quitquam audisse minimis apud nos habitum, sed solus Apion (ut vide-  
tur) audierat. Ipse namq; id compoluit. Magna ergo admiratione eximia  
Apionis prudentia, vel ob hoc quod mox dicitur, digna est. Hoc enim  
esse affirmat indicium, quia neq; legibus iustis vitamur, nec Deum colam-  
bus ut conueniri, quod diversis gentibus seruiamus, & calamitates qua-  
dam circa ciuitatem sustineamus, cum vtiq; principalis ciuitas Roma-  
norum sit, cuius ciues soli ab initio regnare acq; non servire conve-  
runt. Quis etenim horum magnanimitati valeat obfistere? Nullus ete-  
nim aliorum potest dicere sermonem quem Apion locutus est, quando  
paucis contigit in principatu continue præsidere, & non rursus alijs fa-  
etas mutatione seruire. Plurimæ namq; gentes alijs obedire coactæ sunt:  
soli autem Ægypti, eo quod retugiant (sicut aiunt) in eorum prouin-  
ciam Di, atq; saluentur inigrantes in effigies beliarum, honorem præ-  
cipuum inuenient, ut nulli famularentur horum qui Asiam Europamq;  
tenuere: qui scilicet unam diem ex suo totius seculi non habuerent li-  
bertatem, neque apud indigenas dominos, neque apud externos. Nam  
quemadmodum eis vni sint Persi, non semel solummodo, sed frequen-  
ter visitantes vrbes, tempia euentantes, putatos apud eos interficienes  
Deos, improperare non studeo. Non enim conuenit stultitiam nos in-  
docti Apionis imitar: qui neque casus Atheniensium, neq; Lacedæmoniorum  
animo suo concepit, quorum hos quidem fortissimos, illos reli-  
gioissimos, omnes affirman. Taceo Reges pietate celebres, inter quos  
Græcum, quam diversis viis sunt calamitatibus sauciati. Taceo incen-  
sam Atheniensium arcem, templum Ephesinum & Delphicum, aliaque  
multa: hic nemo calamitatem passis, sed potius inferentibus intulit  
improperia. Nouus autem accusator nostrorum Apion inuentus est,  
malorum suorum apud Ægyptum gestorum protinus oblitus. Sed Seso-  
stris eum, quem refert fabula Regem fuisse Ægypti, ut creditur, exca-  
uauit. Veruntamen possumus & nos dicere nostros Reges David & So-  
lomonem, qui multas subdidere gentes. Sed de his modo superseden-  
dum est: quæ verò cunctis nota sunt, Apion modis omnibus ignorauit:  
quoniam Persis, & post illos principibus Asiae Macedonibus, Ægypti  
quidem seruere, nihil differentes à famulis. Nos autem liberi con-  
sidentes, etiam ciuitatum in circuitu positarum, tenuimus principatum  
annis viginti & centum, usque ad Pompeium Magnum. Et dum uni-  
uersi Reges sunt expugnati à Romanis, omnium soli propter fidem  
suam maiores nostri & loci & amici fuere. Sed viros mirabiles non  
probavimus, velut quarundam artium inuentores, & sapientia præcel-  
lentes.

# FLAVII OSPEHI

entes: & inter hos enumerat Socratem, & Zenonem, & Cleanthem, & alios huiusmodi. Deinde quod potius est initandū, semetipsum his adiecit, & beatificat Alexandriam, quia cluem talem habere meruit, quod rite facit. Oportebat enim ut ipse suixestis existeret, qui alijs omnibz sic importunus & caelitus esse videbatur, & vita verboq; corruptus. Quapropter recte quilibet Alexandri condolebit, si super isto aliquid magni sapuerit. De viris autem qui fuere apud nos titulo nullo laudis inferiores, sciunt qui voluerint nostrā antiquitatis libris incumbere. Reliqua verò quæ in accusatione conscripta sunt, dignum erat fortè sine satisfactione relinquere, ut ipse sui potius & aliorum Ægyptiorum accusator exstaret. Queritur enim eo quod animalia cōsuetā sacrificemus, & non vescamur carnibus suillis: sed & circumcisionem genitalium animalia conhemester irriter. De nostrorum quidem animalium peremptione, communio nobis est cum alijs hominibus universis. Apion autem sacrificantes nos redarguens, indicat semetipsum genere eile Ægyptum. Non enim Græcus si esset aut Macedo, hoc molestè ficeret. Isti enim volunt sacrificare hecatombas suis Diis, & Sacerdotibus utuntur ad epulas. Quæcūm ita sint, non propterea contigit mundum animalibus defolari, quod Apion expauit. Qui tamen i solennitatis Ægyptiorum sequentur, mundus desertus quidem esset hominibus, ferocissimis autem bestijs impleretur: quas isti iudicantes Deos, diligenter enutriunt, quod si quis eum consulueret, quos putaret omnium Ægyptiorum esse sapientes atque Deicos, sacerdotes sine dubio fateretur. Hæc enim duo dicunt sibi ab initio à Regibus esse præcepta, ut Deos colant, & sapientiam diligent: quod illi facere præcipue iudicantur: qui tamen & circumciduntur omnes, & à porciis abstinent carnibus. Sed neque illus alter Ægyptiorum cum eis Diis sacrificare dignoscitur. Circus i- gicus fuit Apion quando pro Ægyptiis nostris detractiones compo- tur, & à po- nens, illos videtur potius accusare: qui non solum utuntur solen- tinis carni- nitatis, quas in nobis culpat iste: sed etiam alios circumcididoc- bus abstinē- cent, sicut dixit Herodotus. Vnde recte mihi videtur Apion, propter patræ suæ leges pœnas dedisse blasphemiz. Etenim necessario circumcisio circa genitalia vulnera c: facta nihil profuerunt, & putrefactis in magnis doloribus expitauit. Oportet enim bene sapientes in legibus proprijs circa pietatem integrè permanere, & aliorum minimè carpe- re. Iste verò suas quidem leges effugit, de nostris vero mentitus est. His itaque terminus vitæ fuit Apionis. Sed & noster hic iam finem liber accipiet. Quoniam verò & Apollonius Molon, & Lysimachus, & alijs quidam, tam per ignorantiam quam per insaniam de legislatore nostro Molo, & legibus verba protulere, nec iusta nec vera: dum ille quidem velut Mago atque fallaci derogant, leges autem malitiae apud nos nulliusque virtutis affirmant esse doctrices, volo breuiter & de omni conuersatione nostra, & de particulari (sicuti potero) proferre sermonem. Reor enim fore manifestum, quia & ad pietatem & ad coniunctum universalique humanitatem, insuper ad iustitiam laborumque toleran- tiā, & ad contemptum mortis optimas leges positas habeamus. Rogo tamen lecturos, ut non cum inuidia exequantur huius operis lectionem. Non enim proposui laudes conscribere nostrorum: sed aduersus eos, qui nos plurimum & fallaciter accusarunt, satisfactionem hanc gate esse iustissimam. Preinde accusationera Apollonius non continuē,

**Apion sci-  
pium laudat  
& magnifa-  
cit.**

**Cur Iudei a-  
nimalia con-  
sueta sacrifi-  
cent, nec car-  
nibus suillis  
vescantur.**

**Ægyptiorū  
sacerdoles  
circumcidū-  
tis, & à po-  
nis carni-  
bus abstinē-**

**Mors Apio-  
nis.**

**Mosis cōtra  
Apolloniū  
& Lysimachum  
defen-  
sio.**

continuè, sicut Apion, instituit, sed dispersim. Quippe qui aliquando In quibus quidem nos sine Deo & hominibus odiosos appellant, aliquando vero Apolloni formidinem nobis improprietat : & è diuerso, cursus aliquando de auctoritate genitum nostrum queritur. Dicit autem etiam stultiores Barbaris : & cufat. propterea nullum inuentum nos solos vita vtile reperiisse. Hæc autem omnia manifeste redarguuntur, dum vniuersa, contra quam ab eo sunt dicta monstrantur, & legibus imperata, & à nobis cum omni integritate gesta. Si vero coœctus fuero facere mentionem legum contratariorum apud alios constitutarum, in culpa illi sunt, qui nostras lenitates tanquam peiores cum aliorum conferunt. Quibus neutrum putor remanere quod dicant: neque quia non eas habemus leges, quorum ego capita & summas ad redargendum posirurus sum: neque quia non præcipue in legibus proprijs perduramus. Paulò ergo altius exorsus, volo primum dicere, quod eis qui sine lege & ordine viuunt, hi qui ordinis & communium legum amatores extiterunt, & prius hoc inchoauerunt, recte mansuetudine atque virtute praestare dicendi sunt. Ordinis & Denique conantur singuli eorum gesta sua ad antiquitatem referre, ut communis non imitatores aliorum videantur existere, sed ipsi potius alijs legiti legum amatores viuendi duces fuisse. His igitur hunc in modum se habentibus, virtutes manus legislatoris est meliora considerare: & his qui vñeri sunt legibus, suerudine quas potuerit, satisfacere, quia recte sunt. Populi vero est, ut in omnibus atq; virtute quæ constituta sunt, perduret & neque felicitate procedente, neque ea- lamitatis aliquid horum immutet. Dico igitur nostrum legislato- rem, quoilibet qui memorantur legislatores antiquitate praecedere: Lycurgus enim & Solon, & Zaleucus Locrensis, & omnes qui apud Græcos mirabiles sunt, nouissimi atque recentes, quantum ad illum comparati, esse noscuntur: quando nec ipsum nomen legis fuisse olim apud Græcos agnoscatur. Testis Homerus est, qui nulquam in opere suo hoc resus rite praecedit nomine Non enim secundum legem, sed in diffiniens sententijs, & dit. Regum preceptionibus, populus regebatur. Vnde etiam multo tempo- re permanente, tantum motibus vñentes, & non scripto, & multa ho- cum semper secundum eventum casuum permittentes. Noster vero le- gislator antiquus existens (hoc etiam vndique manifestum est, etiam quā apud Hebreos eos clarum, qui semper contra nos loquuntur) & semel ipsum merum reprobuit optimum principem populorum consultoremq; & instructio- nem totius legis vita constringens, eis suasit hanc libenter excipere, & firmissimè inclyta scientia custodire. Primum autem eius magnitudi- nis opera videamus. Ille namque progenitorum nostrorum relinqu- tium Aegyptum, & ad terram propriam remeantum, multa millia sa- mens, ex plurimis & impossibilibus rebus cautissimè liberavit: nam & in aquosam eos & multum arenosam oportebat transire viam, bellaque deuincere: & filios ac uxores, praedamq; bello seruare: in quibus dux e- gregius & consiliarius sapientissimus, & tutor veracissimus fuit vñiuer- torum. Omne siquidem multitudinem à semel ipso pendere fecit, & cum omnia quæ veller persuadere posset, in nullo horum vindicavit subiectum potestatem: sed in quo maxime tempore potestatem subiectum arrogans & tyrannidem præfules rerum, & populum frequenter pluri- mainiquitate viuere consueti, in hac ille potentia constitutus, è diuerso magis iudicauit agendum pie, & plurimam exhibere alijs æquita- tem, ipse virtutem præcipuam se credens cuæcisis ostendere, & salutem summi

## F L A V I I I O S E P H I

Moses ducē  
atq; consul-  
torem Dcū  
habet.

Origo Legū  
apud Græ-  
cos.

Quid Greco-  
rum pruden-  
tissimi de  
Deo sapue-  
xunt.

Mosis & a-  
lliorū legisla-  
torum com-  
paratio.

Duo totius  
disciplinæ &  
moralis in-  
stitutionis  
modi.

firmissimam præbere sequacibus bona voluntate. Et maximis affibus in singulis casibus vñus est. Quapropter recte iudicabat, ducē atq; consultorem se Deum habere: & primitus sibi met satisciens, quia secundum illius voluntatem vniuersa gereret atque tractaret, credidit modis omnibus oportere, vt etiam apud plebem hæc opinio permaneret. Nam qui Deum respicere suam vitam credunt, delinqueret non presumunt. Huiusmodi quidem noster legislator fuit, non Magus, non fallax, sicut derogatores iniuste pronunciant: sed quales apud Græcos gloriantur fuisse Minocem & post eum legislatores alios. Namq; quidam eorum leges positas à Ioue dicebant: alij vero eas in Apollinem & vaticinū Delphicum referebant, siue pro veritate hoc credentes, seu facile persuadendum iudicantes populo. Qui verò præcipuas leges instituerint, vel qui iustissimè de Dei fide cognoverint, licet hoc ex ipsis legibus facta comparatione conspicere. Iam enim de ipsis tempus est disputandi. Igitur infinitæ quidem particularum gentium atque legum apud cunctos homines differentiae sunt. Alij siquidem monarchis, alij vero populum potestatem Reipubl:cz commisere. Noster verò legislator nihil horum intendens, veluti si quis hoc dicendo mensuram transcendat verbi, diuinam Rempab. declarauit: Deo principaliter conciliationem nostram atque potestatem excellenter assignans, & satisciens eum cunctos inspicere, tanquam causam bonorum omnium vniuersis hominibus existentem: & quæcumque contingit eos in angustijs supplicasse, illius non latuisse voluntatem, neque quicquam eorum quæ gessere, vel si quid aliquis apud semetipsum potuit cogitare. Vnum vero eum esse monstravit, & ingenitum, immutabilem per tempus, æternum, & omni specie mortali pulchritudine differentem, & ipsum nobis notum: qualis autem sit secundum substantiam, prorsus ignotum. Hæc itaque de Deo sapuerunt prudentissimi Græcorum: qui quidem quod etuditi sint, illo utique sciendi præbente principia, nunc dicere prætermitto: quod autem hæc optima & congrua Dei naturæ atque magnificentiaz sint, valde testantur. Pythagoras enim, & Anaxagoras, & Plato, & post illos philosophi Stoici, & penè cuncti, videntur de divina sapuisse natura. Sed hi quidem ad breue philosophantes, populo superstitionum opinionibus iam preoccupato veritatem dogmatis proferre timuerunt. Noster verò legislator opera præbens consona verbis suis, non solum his qui cum eo erant satiscfecit, sed etiam qui ex illis semper erant nascituri, hoc immutabiliter inspirauit, & causam legislationis ad utilitatis modum semper adduxit. Non enim partem virtutis Dei culturam dixit, sed huius partes alias esse perspexit atque constituit: hoc est, fortitudinem, iustitiam, & mutuam in omnibus ciuium concordiam. Cunctæ namque actiones & studia, vniuersique sermones, ad diuinam referuntur per omnia pietatem. Non enim hæc inexaminatum aut infinitum vterius dereliquit. Duo siquidem sunt totius disciplina & moralis institutionis modi, quorum vñus quidem sermonē docto est, alter vero exercitatione morum: quæ cùm ita sint, alij quidem legislatores sentiendo sunt discreti, & alterum horum modum sibi placitum assumentes, alterum reliquerunt. Sicuti Lace-damonij siquidem & Cretenses moribus erubebantur, non verbis: Athenienses vero, & penè omnes alij Græci, quæ quidem oportet agi præcipiebant suis legibus: assuectæ vero ad hæc operibus, minime valuerunt.

